Dubitarz forte aliquis an tem pus sit de numero entiū. Dicēduz q̄ quedā sunt entia pmanētia ⁊ q̄ dam successiua. vtraq3 autez sunt partibilia p compatiōez ad partē aliter tamē ⁊ aliter. naz in pmanē tibus omēs partes sunt simul. suc cessiua vero dicūtur ,pter simul tate partiuz propter ozdinē earuz Nam si in successiuis omnes par tes essent simul iam non essent suc cessiua sed pmanentia. Ad esse ergo successiuoꝝ sufficit ozdo par tium que quidez fundātur in ipso nunc quod est pzincipiuz vnius p tis tempozis ⁊ finis alterius. licet ergo de tempoze non sit nisi nunc ⁊ nunc non sit pars tempis tamen eoipso q̄ est nunc est tempus. quia in ipso fundat ozdo partiuz tēpo ris ex quo ozdine partiū tempus dicitur habere esse. Argumēta er go procedebant ac si tempus esset de genere pmanētiuz.

Consequēter iuxta predicta in quirit Phus an sit vnū ⁊ idē nūc in toto tempe. dicens q̄ ipsuz nūc quod videt determiare pteritum vel futurū. quia vt est pzincipium vnius ⁊ finis alterius vtruz semp pmaneat idem in toto tempe aut si aliud ⁊ aliud non est facile scire Et q̄ sit idem pzobat sic. si in tem poze esset dare plura nūc opozte ret pzimuz nūc cozrumpi ne simul esset cum sequēti nūc. cōsequēs est falsuz ergo ⁊ antecedēs. ,pbat aūt ꝯsequētiaz. quia plura nūc nō pos sunt esse simul. quod ,pbat. q2 plu ra tempa nō possunt esse simul ni si vnū cōtineat aliud. Et pōt dari exemplu3. vidimus eni q̄ si aliqd̄ cozpus localiter est in pluribus lo cis opoztet vnuz illozum locozum esse contentiuuz alterius. Est eniz aliquis hō in domo ⁊ in ciuitate.

quia ciuitas est cōtinua domus si cut est aer in igne ⁊ in celo. quia celum est cont nuum ignis. Simi liter nunꝗ̄ ē aliqd tꝑale in plibus tꝑibus sil. hoc ē nō pñt ēe pl'a tꝑa sil' nisi vnū sit cōtinuū alteri⁹. vna eī ⁊ eadē eclipſ dr fieri i āno i die ⁊ i hora tali. ⁊ oīa hec tꝑa dñr ēe sil' q₂ sunt ꝯtinua iuicē. Ann⁹ eniꝫ cōtinet mēseꝫ ⁊ mensis diē. ⁊ dies horā. pl'a ergo tꝑa nō pñt esse sil' nisi vnū cōtiēat aliō. Cū ergo nūc nō possit hr̄e rōꝫ ꝯtinētis cū sit qd indiuisibile impossibile ē duo nūc in tꝑe sil' esse. q₂ tunc vnū ꝯtineret aliō qd ē incōueiens. p₃ ergo ꝯña ph̄i. ꝓbat ergo ph̄s ꝯñter f'litateꝫ ꝯñtis oñdēs q impossibile ē corrū pi ipm nūc. q₂ nō pōt corrūpi nūc in illo nūc in quo ē. q₂ tūc sil' eēt ⁊ nō eēt. Oꝫ ergo q corrūpat̄ in po sterioꝛa nūc. Sit ergo. a. nunc qd dꝫ corrūpi. si ergo. a. corrūpit̄ in b. q₂ res ē ꝗ̄diu nō ē corrupta an teꝗ̄ veiat. b. sp est veꝝ q est. a. cū ergo. b. nō possit ēe ꝯñt ipsi. a. sꝫ īter. b. ⁊. a. cadit tp̄s mediū. q₂ in ter quelꝫ duo instātia cadit tēpus mediū. cuꝫ in quolꝫ tꝑe sit infinita distātia. sic̄ in qualꝫ linea sunt infi nita pūcta oꝫ q īter. a. ⁊. b. sint ifi nita instantia. Si ergo. a. non est corruptū nisi in. b. in oībus illis in

stātibus q̄ sunt iter. a. ⁊. b. erit ve rū dicere q est. a. q₂ igr̄ illa instā tia sunt infinita erit. a. cuꝫ infinitis instātibus qd est impossibile. ergo impossibile est aliqnod instās vel nunc esse simul cū alio. non ē ergo possibil' corruptio ipsi⁹ nūc vel in stantis cū non possit corrūpi nunc in instanti in quo est nūc nec i alio Erit igit̄ fm rem vnum instās ma nēs fm rem incorruptū in toto tē pore. In oppositū arguit ph̄s s. q nō sit vnū instans manēs in to to tꝑe. Et p̄io sic. cui⁹libet conti nui sunt termi distincti. sed tēpus est quoddā cōtinuū cui⁹ termi sūt ipsa nunc. ergo ipsa sunt distincta Ista ratio pōt sic declarari. quia ipsuꝫ nūc fm substantiaꝫ est aliqd indiuisibile quod est p se de gene re quātitatis. tunc quero cuius cō tinui sit terminus vel cuius discre ti pars. quia omē indiuisibile qd est per se de genere quātitatis vel est terminus continui vel est pars discreti. Si nunc ponitur pars di screti. ergo tempus ponit̄ discretū quod philosophus non cōcederet proprie loquendo. Si ponitur ter minus continui ergo opoꝛtet q sit aliud ⁊ aliud fm quod terminat aliam ⁊ aliam parteꝫ tempis cōti nui quod est propositum.

Ad illud respōdent quidaȝ ponentes ipsuȝ nūc esse idem ꝑm substantiaȝ in toto tempe ⁊ aliud ꝑm esse ita ꝙ vnū ⁊ idem nūc ꝑm rem potest termiare aliquod temp⁹ ex vtraqꝫ parte sicut vnuȝ ⁊ ideȝ mobile per suū motū terminat aliqđ spaciū ex vtraqꝫ parte. quia prius existens in principio alicui⁹ spacij fit postea ꝑ motū i fiē illi⁹ spacij.

Contra qꝛ ista esse accidūt aut eideȝ ꝑm rem ⁊ ꝑm substātiam. qꝛ ꝑ te idē nūc manet ideȝ sub diuersis esse. ⁊ ꝑ cōsequēs ista esse accidunt sibi. igiť nūc tempis non per se sed ꝑ accidens erit termin⁹ temporis quod est falsuȝ. qꝛ esse indiuisibile de genere quantitatis ꝑ se termīat quātitatē vľ est ps discreti. quare sequiť ꝙ tale ideȝ non sit indiuisibile per se de genere quantitatis. Preterea ista esse quero cuius generis sunt. si sint indiuisibilia de genere quantitatis. ergo sufficiūt ad termināduȝ ipsuȝ continuū absqȝ illo nūc ꝑm substātiaȝ quod nullus diceret. Si autē alterius generis puta qualitatis. igiť quale erit ratio ꝑ se termināndi cōtinuū in genere quātitatis quod ē falsuȝ. Secunda ratio philosophi arguēs ꝙ non sit vnū ⁊ idē instans in toto tempe est ista. illa dicūtur esse simul que sunt in codeȝ nūc indiuisibili. si ergo est idē nūc in toto tempe. ergo illa que fuerūt in millesimo anno ⁊ que sunt hodie sunt siľ qđ est euidenter falsuȝ.

Ad illud dicūt illi ꝙ oīa possunt esse in eodē nūc realr sicť vnū ⁊ ideȝ mobile realiter ꝑ motū suū hȝ esse in omnibus partib⁹ spacij non tamē sunt oīa in eodem nunc ꝑm rōeȝ sicut non est ideȝ mobile ꝑm rōem prout est in diuersis partibus spacij.

Sed contra hoc arguo sic. vniformitas simultatis accipiēda est corrñdenter idētitati ipsius nunc. vt que sunt eiusdē nūc ṙaliter sint simul realiter. ⁊ que in eodē nunc ꝑm rōeȝ sint simul ꝑm rōeȝ. si ergo in toto tpe est idē nūc realr ⁊ alteruȝ ꝑm rationē sequiť ꝙ que fuerť in millesimo anno ⁊ q̄ sunt hodie sunt simul realr ⁊ ꝑm veritatē liceȝ nō sint siľ ꝑm rōeȝ. quod nullus sane mentis diceret. Uidentur ergo ille due rōes phi stare nec ipas soluit aliqñ. vt patet intuēti materiā de tpe. Pro solutōe āt rōis in oppositū ꝑm mēteȝ doc. subtilis ꝑa dis. secūdi sniaꝝ. ⁊. xij. q̄stione quolibetoꝝ. Sciēduȝ ꝙ illoruȝ q̄ accipiūt esse post non esse quedaȝ sunt raptim transeuntia. quedam sunt entia permanentia naturaliter genita vel corrupta.

In primis.s.raptim transeuntibus est dare tam primum quam vltimum inesse s. instans in quo solo hnt esse. et ideo nec e dare primum et vltimum in non esse. quia tamen toto tpe termiato ad hoc quod toto tpe sequenti hoc instans h3 non esse. In secundis autem e dare primum in esse s3 no vltimum. in generatone eni et corruptoe naturali corruptu no h3 vltimu sui esse. quia tunc hret qualitates deficientes saltem in tali gradu in quo possent stare cum forma eius. et si sic non subito abiceret. no ergo corrumpendum subito corrumpet et sic corruptu no habet vltimu inesse sic primu in non esse quia cum esse geniti cocurrit non esse corrupti. Genitum autem in instanti generatois h3 ee. quia forma e huana et h3 tunc pmu esse quia tunc forma immediate succedit puatioi sui sicut genitu h3 pmu esse sic corruptum h3 pmu non esse. Sciendum vlterius quod corrumpi seu desinere ee pot intelligi dupliciter. vno mo p positoe3 pntis et negatioe3 futuri. alio mo p positoe3 pteriti et negatione3 pntis. primo mo hnt corrumpi seu desinere indiuisibilia et raptim transeuntia. Quando ergo queritur de corruptoe instantis seu alicuius habentis esse indiuisibile. dico quod corrumpitur in instanti no in instanti in quo est. quia tunc simul ess3 et no esset. sed corrumpit in tpe imediate sequenti in quo non h3 esse. huiusmoi eni raptim transeuntium ide est fieri et factu esse et corrumpi et corruptum esse. vnde si creatura non maneret nisi p instans creatois eius anihilatio no eet in instanti sed in tpe habito instanti creatois. si quidem post instans no e accipe aliquod imediatum indiuisibiliter vt supponebat ratio. s3 diuisibiliter tali imediatoe qua cotinuu termiatum est imediate suo termino. intentio autem philosophi sup hac materia videbit in fine huius capituli.

Vlterius determiat Phus quid sit tempus. Circa quod dicit quod tempus non est motus lic3 non sit sine motu nec pcipit sine ipso. vnde dormientes et in magna delectatone existentes quia non sentiunt motu no sentiunt tempus. videt quod eis modicum de tempe in dormitoe vel delectatione transiuisse licet multu ibidem mauserint. Econtrario est cum quis est in anxietute cordis. nam quia pturbatur in animo et quia semper cogitat transmutatone et maxime motum percipit tempus. et videt eis modicu tempus esse multum. Describit eni Phus tempus dices quod tempus est numerus motus fm prius et posterius. Ad cuius euidentiam ponit tria. Primu est quod

tempus habet quandaz depēdentiam ad motuz. Sicut eniz motus habet quandaz dependentiaz ad magnitudinē seu spaciū in quo fit cuz diuidat ad diuisionez magnitudinis sic suo mō tempus sequit suū motuz. Ex quo sequitur q̄ prius ꝛ posterius sunt principaliter ī magnitudine. quia vna pars est situata ante aliaz ꝛ ꝑportionabiliter in motu ꝛ tempe. Secūduz dictuz Philosophi est q̄ magnitudo tempis a motu accipienda est ſm prius ꝛ posterius.

Pro quo notanduz q̄ prius ꝛ posterius in motu habēt esse soluz in potentia. fiūt autem in actu per significationez cause. Nos autem vt dicit Aristo. terminam⁹ ꝛ cognoscimus tempus accipiendo ipsuz prius ꝛ posterius esse aliud ꝛ aliud ꝛ accipiēdo mediū ipsoꝝ ēe alteꝝ. ꝛ sic determiām⁹ tp̄s h̄z p̄⁹ ꝛ posterius que repiūt ī motu. Ex quo patet q̄ tempus habz habitudinē ad motum ſm qđ in motu reperitur prius ꝛ posterius. qđ sic potest declarari. Sicut eniz intelligendo duo puncta ꝛ intelligēdo inter ea esse aliquod medium intelligim⁹ lineā inter duo puncta ꝛ non potest aliquid esse medium nisi linea. sic intelligendo duo nūc quoꝝ vnū fit prius ꝛ aliud posterius nisi accipiātur ſm pri⁹ ꝛ posterius in motu oportet q̄ tempus habeat habitudinē ad motuz pro ut in eo reperit̄ prius ꝛ posteri⁹.

Terciū dictuz Philosophi est quod in habitudine seu dependētia quaz habet tempus ad motuz reperitur ratio numeri. Quod sic declarat Aristot. quia sicut ī vno nūc non fit motus sed oportz imaginari diuersa nunc si volumus imaginari motū. ita oportet ymaginari tempus. nunq̄ eniz ymaginamur tempus nisi ymaginemur plura nūc. vel nisi imaginemur in ip̄o motu esse aliqua plura quoꝝ vnuz sit prius ꝛ aliud posterius. Cum igitur intelligit̄ esse aliquis numerus oportet quod in habitudine quaz habet temp⁹ ad motuz sit aliqua ratio numeri.

Ex ipsis tribus concludit ph̄s q̄ tempus est numer⁹ motus ſm prius ꝛ posteri⁹. Ipsa enī pri⁹ ꝛ ꝛ posteri⁹ ī motu vt sūt ab aīa numerāte cōplent rōez ipsius tp̄is.

Pro declaratōne predictoꝝ sciendū insuper q̄ quedā sunt ētia nature ꝛ realia vt sunt ētia nature q̄daz pure rōis vt ītētōs secūde. quedā partim sic ꝛ partiz non sic. vt vlīa que includunt aliqđ rei ꝛ

aliqd rõnis vt videbit primo ⁊ se ptimo metaphisice. sitr est temp⁹ quia tẽpus materialit est ens rea le cũ sit idẽ materialiter qđ mot⁹ quod est ens reale formalr. tamẽ temp⁹ vt habet rõnez numeri fm prius ⁊ posterius ⁊ sic ẽ ens rõis qꝛ hoc hꝫ ab anima numerante prius ⁊ posterius i motu vt dictũ est. Si ergo accipit tẽpus materi aliter quãtuꝫ ad illud quod est ex parte rei sic est in genere sicut mo tus. Si vero accipit fm qđ dicit cõpositum ex materiali ⁊ formali non est in genere cuꝫ sit quoddam ens p accidẽs ꝯpositũ ex re ⁊ intẽ tõe đ quo videbit quito metaphi sice caplo de quãtitate. Juxta pdcã autẽ potest queri an tempus sit idem realr quod motus ita q̄ quãtitas qua motus est quãtus sit ipsuꝫ temp⁹. Dicẽduꝫ q̄ temp⁹ est idẽ quod mot⁹ materialr ⁊ realr. distinguitur tñ formalr ⁊ p ꝯse quẽs q̄titas qua mot⁹ est quãtus formalr est ipsuꝫ tẽpus materiali ter non tamẽ formaliter.

Contra cuius ptes copulantur ad aliquẽ terminũ realr aliã quã titateꝫ ⁊ aliã cõtinuitatẽ sunt alie. sed ad aliũ terminũ copulantur p tes tempis ⁊ partes motus. quia ptes tempis ad nũc ptes vero mo tus ad mutatũ esse igit ꝛc. Pre terea quod hꝫ proprium maius ⁊ minus aliud a maiori ⁊ minori al terius hꝫ distinctã quãtitatẽ ⁊ con tinuitatẽ ab alio. sꝫ temp⁹ ẽ hmõi respectu motus. qꝛ in minori tẽpor est maior mot⁹ si mobile sit velox ⁊ in maiori tempe est minor mot⁹ si mobile sit tarduꝫ. Preterea re latiua realr differũt realr. sꝫ tem pus ⁊ motus sunt hmõi igit ꝛc. p batio minoris. qꝛ mensura ⁊ mẽsu ratũ differũt realr. sed tempus est mẽsura motus. ergo quãtitas mo tus non est ipsuꝫ tempus realiter.

Respondeo. Ad euidentiã hu ius pmitto tres distinctiõs. prima est q̄ duplex est motus. s. cõmuis ⁊ prim⁹ sicut est motus primi mo bilis. alius est spẽalis ⁊ secũdari⁹ puta omẽs alij motus a primo.

Secũda distinctio sit ista q̄ tẽ pus sit duplex. s. cõe ⁊ spẽale. De primo intelligit quod dicit phus in hoc quarto q̄ idem est tempus oĩm in celo ⁊ in terra ⁊ in mari ex istentiũ. Secũduꝫ autẽ tempus ⁊ speciale ẽ mẽsura ppria motus in ferioris ita q̄ quot sunt mot⁹ par ticulares tot sunt hmõi tpa specia lia. Tercia distictio ẽ ista q̄ mẽsu ra ẽ duplex. q̄dã intriseca q̄dã ex triseca. exẽpluꝫ pmi duratio rei ⁊ vltia supficies corpis sũt mensure intrinsece. exemplũ secundi locus.

Tunc ad argumēta. Ad pmuȝ dico q minor est falsa. ad pbatōneȝ dico q sicut tēpus ē idem cuȝ motu realiter ita ⁊ ipsuȝ nūc cum mutato esse. tamē cuȝ illa identitate reali stat aliqua distinctio ex natura rei vel saltē ꝑm ratiōȝ propter quā diuersa noīa sortiūtur.

Ad secūdum dico q minor est falsa si tempus ⁊ motus vniformiter accipiātur. s. motus prim⁹ ⁊ tēpus cōmune. sed accipiēdo tēpus cōmune ⁊ motū aliquē inferiorem verū ē q ꝑm velocitatē ⁊ tarditatē mobilis in minori tēpe erit maior motus ⁊ in maiori erit minor motus. ⁊ sic phus nō ɔcludit nisi q cōmune tempus quod ē passio primi motus distinguit̄ realiter a motu inferiori quod ɔcedo. tamē hoc non obstāte quodlibet temp⁹ erit idē realiter cuȝ proprio motu c⁹ est passio propria ⁊ mensura.

Ad terciū cū dicit̄ q mensura ⁊ mēsuratū referūtur ⁊ differūt realiter. dico q verū est de mēsura extrinseca nō de intrinseca. sed si temp⁹ cōmune compet̄ ad motuȝ primū cuius est mēsura intrinseca sic non differt ab eo realiter sicut nec refertur realiter ad ipsuȝ. Et silr est de tempe spēali si compet̄ ad motū inferiorē cuius est mēsura intrinseca. Deinde soluit dubitatōeȝ factā de ipso instanti vel nunc. Pro quo notāduȝ q est vna opinio quaȝ verba Philosophi vidētur sonare quod ideȝ est nūc ꝑm substātiaȝ in toto tēpore. licet sit aliud ꝑm esse ⁊ ratōeȝ.

Quod declarat̄ p textū Aris. in hoc quarto. qꝛ substātia ipsius nūc respondet substātie ipsius mobilis. variatio āt ipsius nūc ꝑm ēe respōdet variatōni motus. vñ ꝑm defluxū ipsius motus variat̄ nūc ꝑm esse licet maneat idem ꝑm substantiā in toto tempe ꝑm idētitatē mobilis in motu. Ipsuȝ ergo nūc licet sit ideȝ in toto tempe ꝑm rem dum tamē cōmensurat temp⁹ ꝑm prius est aliud ꝑm ratōȝ q̄ vt mēsurat ipsuȝ ꝑm posterius. Isti enī imaginātur q sicut mobile fluxu suo causat motuȝ ⁊ punctus si poneret̄ fluens fluxu suo causaret lineā. sic ideȝ nūc fluēs causet tēpus

Sed illa opinio non pōt stare vt pȝ p rōes phi positas in principio huius capituli. nec etiā euasiones istorū ad dictas rōnes valent vt ibideȝ patuit.

Dicenduȝ ergo aliter ꝑm Scotuȝ dis. pa secūdi sentētiaꝝ q nūc est aliud ⁊ aliud in tempe sic punctus in linea. Sed ad soluendum phm qui prima facie videt̄ dicer̄ oppositum notāduȝ est q non est

intentio philosophi q̄ idē nūc ma
neat in toto tempe. Unde dicit̄ in
lr̄a q̄ idez est nūc inquātuz est qd̄
cunqz ens. hoc est dictū qd̄cunqz
nūc de pluribus cōsideratis ſm se
est idez. ⁊ hoc est dicere esse idem
ſm substātiaz cōsideratū autez in
ordine ad tēpus preteritū ⁊ futuꝝ
cuz sit termin⁹ p̄teriti ⁊ futuri pri
cipiū distiguit̄ ſm se ⁊ ſm rōez. qꝛ
alia est ratio termini ⁊ pricipij vt
sic. vnū ergo nūc hꝫ idētitatez ſm
substātiaz ⁊ distinctōez rei idest re
spectu partiū tp̄is. ⁊ tamē non est
idētitas instātis in toto tempe cū
illa sint infinita. ergo instans in to
to tempe vere est aliud ⁊ aliud ſꝫ
substātiam. Nec valet declaratio
Phi quaz isti adducūt pro se de
mobili q̄ maneat idez nō quidem
respectiue ſꝫ absolute vt subest mu
tatōi. qꝛ hoc mō temp⁹ nō est men
sura nec aliquid ptinēs ad tēpus.
Sed forte cuiꝫ vt sic est mensura
eius de quo alias. ſꝫ mobile vt est
sub vna mutatōe est idem ſm sub
stātiaz idest ſm esse isti⁹ mutatōis
cōsiderate ſm se. est autē aliud ſꝫ
esse idest vt sub illa mutatione ter
minat p̄teritū ⁊ iniciat futurū. Et
ſm hoc dicit̄ alibi ⁊ alibi esse non
quidē actu sed in eodē vbi medio
inter extrema inquātuz termīat il
luz motū ſm prius vbi ⁊ inchoat

motū ſm posteri⁹ vbi dicit̄ alibi
⁊ alibi esse quaten⁹ mutare est ali
quid vtriusq̄ extremi. Et qꝛ phs
dixerat ipsuz nūc mēsurare tēpus
ideo cōsequēter declarat dicēs q̄
ipsuz nunc mensurat ⁊ numerat tē
pus. quia cū sit maxie notū respe
ctu tp̄is temp⁹ cognoscit̄ p ipsum
sicut minus notū p magis notum.
sic motus hꝫ cognosci per mobile.
quia mobile manet ⁊ est ens pma
nens. motus autē non manet quia
videlicꝫ est ens successiuū.

Pro quo notāduz q̄ mensura
vt videt̄ velle Cōmentator p pri⁹
videt̄ repiri in numeris. ratio eniꝫ
mensure p prius cōpetit vni qd̄ ē
principiū numeri. vnde p eaz nūe
rus diffinitur a pho quarto meta
phisice. Ex hoc autē translata est
ratio mensure ad alia. verū q̄ om
nes trāsferentes ſm aliquaz simili
tudinez transferūt non oꝫ q̄ omne
illud quod repitur in vno quod ē
principiū numeri repiatur in oib⁹
alijs ad que translata est ratō mē
sure. ſꝫ sufficit q̄ oia que sunt men
sura alioꝝ hēant aliquā silitudiēꝫ
cū vno quod est principiū numeri
⁊ q̄ aliquo mō se hēat ad sua mē
surata sicut se hꝫ vnū ad numerū
vidim⁹ eni q̄ p vnū cognoscimus
numeꝝ ⁊ vnū p sui replicatōez cō
mēsurat se cuiqz nūero. Cuz ergo

ratio mensure transfertur ad alia aliquādo est translata fm replicationē. ꝛ hoc modo vncia est mēsura ponderum. qꝛ replicata reddit quodcūqꝫ pondus. ꝛ palmus silr vel alia minoꝛ queqꝫ est mensura cōtinuoꝛū. Aliquādo vo hꝰmodi translatio fit non ꝓpter replicatōnē sed ꝓpter manifestatiōeꝫ. dicimus eni albedinē esse mensurā coloꝛū non ꝙ p sui replicatōneꝫ reddat omēs coloꝛes. sed qꝛ hꝫ plus de natura lucis ꝛ est notioꝛ coloꝛibus extremis. Sic etiā primā substantiā dicimꝰ mensuraꝫ oīm substantiaꝝ. quia ē notioꝛ ꝛ pfectioꝛ substantijs omnibus. Patet ergo ꝙ duplex est mensura. s. mēsurās p replicatiōem ꝛ mensura p cognitionē seu p perfectioneꝫ. qꝛ ergo p nūc cognoscimꝰ tēpus potest dici ꝙ sit mensura ipsius non obstāte ꝙ tempa se mensurare nō possint nec nūc aliquotiēs sumptū reddat tēpus. cuꝫ tēpus quod est quid cōtinuū non cōponatur ex indiuisibilibus.

Consequēter oñdit Phus rōꝫ eoꝛū que dicūtur de ipso nūc. sūt autē quātuꝫ ad p̄sens q̄tuoꝛ. Primū est ꝙ nūc est insepabilr ānexū tempi. quod ꝓbat qꝛ nisi tēpus sit ipsuꝫ nūc non erit. ꝛ sic si ipsū nūc non sit nec tēpus erit sicut mobile vt sic non est sine motu nec motus sine mobili. Secūduꝫ quod dicitur de nunc est ꝙ cōtinuat tēpus Quod sic ostēditur. qꝛ sicut vnuꝫ mobile cōtinuat motū sic vnū nūc cōtinuat tēpus. hoc etiā vt ait philosophus patet qd̓ dico ex pūcto Sicut eniꝫ vnus pūctus cōtinuat duas partes linee ad inuicē. est ei finis vniꝰ ptis ꝛ principiū alteriꝰ sic nūc est principiū vniꝰ ptis tpis ꝛ finis alteriꝰ. differūt auteꝫ punctus ꝛ nūc. quia si quis vno pūcto ut duobꝰ vtitur quiescere accidit hoc est dictū ꝙ si motus fiat super lineā ita ꝙ mobile vtatur puncto cōtinuāte vtetur ipso in ratione finis ad p̄cedenteꝫ magnitudineꝫ. ꝛ ideo vtetur ipso vt motuꝫ esse. qꝛ motus non est in fine alicuius magnitudinis vt ꝓbatur sexto huius Si autē vtatur ipso in rōe principij tūc vtetur ipso vt principio pꝰ quod est motus in sequēti magnitudine. sꝫ qñ vtitur puncto vtitur eo in nūc. sed bis vtitur puncto ergo in duobꝰ nūc. Et qꝛ inter quelibet duo nūc est tēpus mediū. ergo inter nūc in quo vtitur puncto eodē vt principio ꝛ vt fine. ꝛ sic ē quies. non pōt sic dici de ipso nūc qꝛ nō manet sed sp est alterū ꝛ alteꝝ. Terciū quod dicit̄ de ipo est ꝙ non est ps tpis. qd̓ sic oñdit̄

q2 sicut mutatũ esse quod est indi uisibile motus non est pars mot⁹ nec punct⁹ pars linee sic nec nunc ps tpis. Due enĩ linee sunt partes vnius. semp enĩz linea diuidit in duas lineas ⁊ non in puncta ⁊ sic est tempus. Quartuz quod di cit de nunc est ꝙ numerat ⁊ termi nat ipsuz temp⁹. Est enĩ finis ipsi us tempis ⁊ numerus vt dictũ est capitulo precedenti.

n Onsoluz autez ⁊c. Postq̃ aũt phus declarauit ali qua dubia de ipso nũc. hic conse quẽter ostendit quõ tẽpus est men sura motus ⁊ ecõuerso. ⁊ quomõ diuersa diuersimode mẽsurantur dicẽs ꝙ non solũ tpe mẽsuramus motũ sed etiaz motu mẽsuram⁹ tẽ pus. ⁊ hoc est ꝑpter ad inuicẽ dif finiri idest ad inuicez cognosci. q2 vnũ cognoscit p reliquũ. Tempus enĩ per se mẽsurat ⁊ termiat motũ cuz sit mẽsura eius. motus autez p accidẽs mẽsurat tẽpus. hoc enĩ ac cidit ex pte nostra. q2 aliq̃n motus est nobis notior q̃ tempus.

Dubitaret forsan aliquis quõ p res numeratas deuenim⁹ in co gnitõez numeri. naz quõ p numez cognoscim⁹ multitudinez numera torũ non habet dubiũ. Eo enĩz ꝙ habem⁹ artẽ numerãdi si offeran tur nobis numerabilia p h⁹modi artez cognoscim⁹ multitudinem il lorũ numerabiliuz. sed quõ p nũe rabilia innotescat nobis numerus videt dubiũ.

Dicenduz ꝙ si quis sciret se ha bere decem digitos ⁊ nesciret cõ putare vsq3 ad decez possz ex ip sis digitis qui sunt quedaz nume rabilia cognoscere numeruz dena riuz. In alijs rebus vt posset cog noscere numerũ denariuz in ipsis equis si pro vno digito acciperet vnũ equũ. per se ergo est ꝙ ex nu mero cognoscim⁹ numerabilia. sz ex parte nostra aliquãdo cõtingit ꝙ ex numerabilibus cognoscimus numerũ. vt si nobis sint magis no ta numerabilia q̃ numer⁹ ipse. sic est de tempe respectu motus cui⁹ est numerus temp⁹ ⁊ mensura.

Cõsequẽter ostendit Phus ꝙ motus in determinãdo quendam motũ mẽsurabit totũ motuz. vide mus enĩ ꝙ si volumus mensurare aliquã longitudinẽ vt pãnuz p cu bitũ primo mẽsuram⁹ aliquã par tez panni p quã partẽ mẽsuramus totuz. sic p temp⁹ mẽsuramus mo tum ita ꝙ primo mensuramus ali quam partem ⁊ postea aliaz par tez donec totus motus mensuret.

Pro quo notandū q̄ mēsura mensurat totū mensurādo partē aliquā que mēsurat totū. nūq̄ eni cubitus mensurat pānuz nisi pars cubiti vel illius panni esset ps ali quotta eius que aliquotiēs sump ta mensuraret totū. si ergo essz pā nus duoꝝ cubitorū cuz dimidio non mensuraret cubito sed medio cubito. oportet enī mēsurā per sui replicatōez reddere totū de quali tate quod nō esset nisi prius mēsu raret partē aliquottam.

Notādū insuper q̄ sm Phm quarto metaphisice. semp mēsurā ponim⁹ ad modū in quo non pōt sic de facili cadere error. Et q2 in minori quātitate minus accidit d̄ ceptio q̄ in maiori sp videt mēsu ra habere quādaz rōnez minimi. eo ergo ipso q̄ temp⁹ habet rōem mensure cōgruētius est q̄ tempus totū mensurem⁹ pticulariter prio scilz mēsurando vnā partē motus ꝛ postea aliā donec cōpleat tota mensura motus q̄ q̄ simul mensu remus totū motū.

Cōsequēter ponit Phus quā daz distinctōnez dicens q̄ aliqua diuersimode dicūtur esse in tēpor quedaz enī dicuntur esse in tēpe quia sunt quādo est temp⁹ vt intl ligentie ꝛ hoc improprie. alia vō dicūtur esse in tpe proprie. ꝛ hoc vel quia sunt i eo sicut in numero quia. s. mensurātur tempe vt mo tus ꝛ mobilia inquātuz huiusmōi vel q2 sunt i eo sicut pars vel pas sio vel aliqd numeri sicut vnitas vel paritas est in nūero. vnde tem pus p̄teritū ꝛ futurū sunt in tēpor sicut pars tempis longū vel breue sicut passio non vō sicut passio vl termin⁹.

Hoc notabili p̄misso dicit phi losophus q̄ illa que sunt in tēpore cōtinētur sub tēpore sicut loc⁹ con tinet locata. illa etiā que sunt in tē pore patiūtur ab ipso tempe sicut cōsueuim⁹ dicere q̄ temp⁹ calefa cit ꝛ putrefacit ꝛ corrūpit ꝛ sene scūt oīa sub tempore. ꝛ obliuiscit aliquis ppter temp⁹ sed nō discit ppter ipsuz. temp⁹ enī neq3 nouū neq3 bonū factū est. temp⁹ enim p se est causa corruptiōis nō genera tōis. qd iō cōtingit. q2 tēpus est nu mer⁹ motus. mot⁹ āt per se facit rez distare ab eo quod est idest a sua natura. ergo mot⁹ per se facit ad corruptōnem p accidēs vō ad generatiōez. si ergo sic est in motu erit ꝛ in tēpore quod est numerus motus. que ergo sūt in tpe p se pa tiunt ꝛ corrūpunt. s3 q̄ in tpe fiat bonū ꝛ nouū vel generatio hoc est per accñs. Pro quo notādum q̄ in fiē h⁹ q̄rti hoc oñdit phus p

signũ dicens ꝙ signũ sufficiens ꝙ tẽpus per se faciat ad corruptõẽꝫ ꝑ accidẽs autẽ ad generatõnẽꝫ est qꝛ nihil generat̃ nisi aliqđ agens moueat ⁊ agat agens.ergo est per se causa generatõis nõ tempus. ſꝫ tempus est p se causa corruptiõis qꝛ aliquid corrũpitur suppoito ꝙ nulla causa extrinseca agat.⁊ hãc corruptõneꝫ maxie solem⁹ dicere sub tempe vt si aĩal nõ corrũpere tur ſm aliquã violentiaꝫ sed solo senio moreret̃. Addit autẽ phi losophus ꝙ nec ad corruptiõeꝫ fa cit tempus principaliter ſꝫ accidit hãc mutatõeꝫ fieri sub tempe.

Ad quorũ euidẽtiaꝫ sciẽduꝫ ꝙ motus dupl'r potest considerari. Primo simpl'r vt motus est. secũ do vt habet esse cõtractuꝫ ⁊ vt de termiatur ad hãc speciẽ motus vl' ad illaꝫ.Si ꝯsiderat̃ mot⁹ simpli citer sic facit determinate distare ab eo in quo est. nihil eniꝫ mouet̃ localiter nisi distet ab eo loco in q̊ est.Sic ẽt nihil alterat̃ nisi distet ab ea qualitate in qua est. Est er go de ratõe motus facere distare ab eo in quo est ſm ꝙ appropin quet ad hãc formã vel ad aliam. hoc non hꝫ ex pte motus vt sic.ſꝫ hoc competit ei vt determiatur p hoc agens ad aliquã specieꝫ.Exẽ plum huius potest poni in trãsmu tatõe substãtiali sufficit ꝙ aer trãs mutet̃ substãtialiter ad hoc vt di scedat a forma ĩ qua est ſꝫ ad hoc ꝙ appropinquet ad aliã formaꝫ substãtialeꝫ oꝫ ꝙ huiusmodi trãs mutatio specificet̃ per aliqđ agẽs substãtiale.vt si debet trãsmutari in ignem trãsmutabit̃ ab igne ⁊ a calido.si debet transmutari iu aq̃ trãsmutabit̃ ab aqua ⁊ a frigido. motus ergo vt motus est facit di stare ⁊ corrũpi.ꝙ autẽ generꝫ hoc nõ ꝯpetit ei vt motus est ſꝫ vt spe cificatur p agens. quia autẽ mot⁹ sit cõtractus per se facit ad genera tõeꝫ.idcirco motus sumit speciem ⁊ denoiationeꝫ a termino ad quẽ vt in quinto huius habetur.

Insuper notandũ ꝙ in his que sunt p accidens est dare gradus. vnde tempus p accidens corrũpit ⁊ p accidens generat vt vult phs omnia tamẽ paccidẽs generat.qꝛ hoc non cõpetit sibi ratõne sui nec ratõe motus.nõ tñ oio p accidens corrũpit. qꝛ lꝫ hoc nõ cõpetat sibi rõe sui tñ cõpetit rõe mot⁹ in quo fundat̃. Ex quo pꝫ ꝙ nõ ẽ contro uersia in vbis phi aliqñ dñtis ꝙ tps p se corrũpit aliqñ ⁊ aliu pacci dẽs Ex pdictis ꝯcludit ꝙ que sũt sp ſm qđ sunt sp nõ sunt in tpe.qꝛ nꝫ cõtinẽtur sub tpe nꝫ mẽsuratur ẽe eoꝝ sub tpe.signũ ãt est quõiaꝫ

neq patiūtur a tempe.

Consequēter ostēdit Philoso phus quō quies mēsurat tempor dicens quoiā temp⁹ est mensura motus erit ēt mēsura quietis.

Pro quo notādū q quies est priuatio motus. priuatio autē est apta nata cognosci p habitū. nā priuatio non cognoscit p substan tiā ppriā cū sm qd h⁹mōi sit nō ens. sicut ergo priuatio habet cog nosci p habitū ꝛ p accidens. sic ꝛ mensurari p mensurā sui habitus cū mēsura sit illud p quod cogni noscim⁹ ppter quod si quies ē pri uatio motus. ꝛ motus se hz quasi habitus respectu quietis sequitur q temp⁹ quod est mensura motus per se erit etiā mēsura quietis per accidens.

Consequenter ostendit Philo sophus quomō diuersimode men surātur quiescēs ꝛ mobile ꝛ quies ꝛ motus dicens q mobile ꝛ quie scens tempore mensurātur put in eis reperitur ratio motus ꝛ quietis Mensuratur autem motus ꝛ qui es prout in eis repitur ratio quāti tatis. qz quod mouet vel qd quie scit non simpliciter erit mēsurabi le sub tpe sm qd ipsū in se est ali quid quātū. sed sm quod ei⁹ qes vel motus est quātus. Ea eni que neq mouētur neq quiescūt nō sūt in tempe. In tempe enī esse ē men surari tpe. quod ergo nō mouetur neq quiescit sm qd huiusmōi non mēsurat tempe nec ppie nec per accidēs ꝛc. Pro quo notādū q ipsū mobile est quantū ꝛ ipse motus est quātus. verūtamē quā titas mobilis vel quiescētis est in genere pmanētiū ꝛ quātitas mo tus de genere successiuoꝝ. Cū er go mēsura dēat esse vnigenea mē surato cū temp⁹ sit d numero suc cessiuoꝝ mēsurabit quātitatē mo tus vel quietis. non autē quātita tē mobilis vel quiescētis.

Deinde ostendit Phus quali ter non entia nō mensurātur tēpor dicens q illa que sunt simplr non entia non mēsurātur tempe. qz cū temp⁹ sit mensura motus oportet q omnia que mensurātur vel mo ueātur vel quiescāt. illa vero que fuerūt licet nūc non sint mēsurant tempe pterito. que vero erūt men surātur tempe futuro. Insuper determīat Aristot. de tempe p cō paratōē ad ipsū nūc. Et primo determīnat de ipso nunc prout su mitur ppie ꝛ indiuisibilr. ꝛ 2nter prout sumitur large. Dicit ergo q ipsū nūc est cōtinuatio temporis vt dictū est prius. Cōtinuatio aūt ꝛ tempus est vnū ꝛ idem sm rem

ẜ diuidit ipsuȝ ꝑut dr̄t ẜm rōem ⁊ prout ē principiū mot⁹.ſ.futuri ⁊ finis alteri⁹.ſ.p̄teriti.ſed cū hoc cōtinuet̄ ipſa nūc. nō ſic maifeſtuȝ ē in nūc ſic̄ in pūcto manēte ⁊ ſtante in linea. q̄ꝛ eni punct⁹ maēt melius pōt accipi vt finis ⁊ pricipiū linee q̄ꝫ ipſuȝ nūc qđ fluit.

Maifeſtat āt qđ dixerat pħs dicēs q̄ ſicut lineis mathematicis ſ.in lineis p ſe cōſideratis pūctus non ſp ē idē ẜm rōȝ ꝑut ē diuiſiuū ⁊ ɔtinuatiuū linee.q̄ꝛ ꝑut diuidit eſt aliud ⁊ aliud.prout auteȝ cōtinuat eſt idem.Sic ⁊ ipſuȝ nūc qđ inquātuȝ cōſiderat multa in potētia vt.ſ.pōt accipi ꝑncipiū huius tp̄is ⁊ finis alteri⁹ diuidit temp⁹ eſt aliud ⁊ aliud ẜm eſſe ⁊ ẜm rōȝ ſed vt ɔtinuat eſt ideȝ. Cōſequēter determiat Pħs de ipſo nunc prout ſumit̄ large.dicēs q̄ ipſum nūc aliq̄n ſumit̄ pro aliquo tempe breui quod eſt propinquū nunc in quo ſum⁹ vt ſi dicat̄ đ aliquo qđ veit nunc ideſt hodie ⁊ ſic quo ad futurū.⁊ hec de tempore.

Incipit expoſitio quinti libri phiſicorum Ariſtotelis.

Ranſmu

tatur autē tranſmutāſ omne ⁊c. Poſtquam Pħus determiauit de motu ⁊ cōſequētibus ipſuȝ . hic conſequēter determiat đ partib⁹ eius. Et hec pars diuidit̄ in duas. q̄ꝛ p̄rio determinat de ptibus ſubiectiuis in hoc quinto.⁊ conſequenter detminat de ptibus quātitatiuis ſcilꝫ a principio ſexti vſqȝ ad fineȝ libri phiſicoruȝ.

Quantū ad primū in quo philoſophus determinat đ partibus ſubiectiuis ſcilꝫ de ſpēbus motus Primo diuidit pħuſ motū in motuȝ per ſe ⁊ p accidens.In motu autē poteſt accipi per ſe ⁊ p accn̄ſ tripl'r.ſ.vel ex pte mobilis vl' mouētis vel termini. Prio ergo hoc oſtendit ex pte mobilis dicens q̄ omne tranſmutās.ſ.omne trāſmutabile vel tranſmutat̄ p accidens. vt cū dicimus muſicū ambulare. vel per partē vt cū dicim⁹ ſanari corpus cū ſanat̄ oculus vel per ſe ⁊ p̄rio. Propter qđ notanduȝ q̄ moueri p partē eſt quaſi mediū inter p ſe ⁊ p accn̄s.q̄ꝛ eni ps non ē oīo idem qđ totū.iō tale moueri pōt dici p accn̄s . quia vero pars ē aliquo modo idē cum toto.ideo talis motus poteſt dici per ſe.

Consequenter ostendit Phus ex parte mouentis vt medicus sanat per se sed man⁹ percutitur tā quā pars musicus sanat p accidēs Tercio hoc idez ostēdit ex pte forme vel termi. propter qd pmittit quodāmodo quinqz que requirūtur .s. mouēs mobile. temp⁹ i quo est motus. terminus a quo. ⁊ terminus ad quē. probat autē q mobile differt ab vtroqz terminorū qz motus est in mobili sicut in subiecto. sed non est in specie vt in calore vel aliquo termiorū. qd patet qz pprie loquendo nec substantia nec quātitas nec qualitas nec vbi sunt termin⁹ nec mouēt nec mouētur. Ulterius ostēdit terminos esse alteri⁹ ratōnis inter se. qz motus denoiatur ab vno termino .s. a termio ad quē ⁊ non ab alio. vt motus a nigredine in albedinē dicitur albefactio ⁊ sic de alijs. Et causa hui⁹ potest poni quia a fiē denoiatur res vt habet secūdo de aīa. His premissis oñdit quō per se ⁊ p partez ⁊ p accidēs inueniūtur in ipsis termis dicēs q inuenitur p accidēs vt id qd fit albuz p accidens mutat in aliquē intelligentez. etiā ibi inuenit p partē vt quod fit albuz mutat in colorem. quia albedo ē pars coloris. ⁊ ibi inuenit per se. qz quod fit album mutat per se in colorē album.

Pro quo notādum q aliquid esse p accidens pōt intelligi dupliciter. vel simpliciter ⁊ absolute. vl respectu alicuius attributi. vñ esse intelligibile p se ⁊ simplr non accidit albo. qz quicqd hz rōem entis hz per se ratōnez intelligibilis. tamen prout albuz stat sub illo attributo quod ē termin⁹ trāsmutatōis accidit ei esse quid intelligibile. qz non trāsmutat aliquid in albuz vt ē quid intelligibile sed vt quid sensibile.

Consequenter dicit Phus q mutatio p accidens est dimittēda qz est in oibus ⁊ super quodlibet indeterminatū vlr. vnde ex quolibet potest fieri quodlibet p accñs p accidēs autē pōt fieri album ex dulci ⁊ amaro ⁊ ex quolibet. sed mutatio p se non fit nisi ex aliquo determinato. Est eni in contrarijs medijs ⁊ ɔtradictorijs hic accipit phus cōtradictionē pro priuatiōe vt declarabit in sequētibus. Qd autē mutatō possit fieri ex medijs oñdit. qz mediū respectu vnius extremi se habet vt aliud extremuz. vt palliduz respectu nigri ē albuz ⁊ ecōuerso respectu albi ē nigrum Sic ergo ex albo per se fit nigrū sic ex pallido. ⁊ sic de alijs.

Consequēter diuidit Philosophus mutationē per se in suas species. Pro quo pmittit quot mōis pōt aliquid mutari dicens q cū omis mutatio sit a quodā in quot tam. quādiu enim manet aliquid eodē modo non dicit mutari. iō omis mutatio vel ē ex subiecto in subiectū idest a termino positiuo seu affirmatiuo in terminū positiuū. Unde subdit Phus solū dico qō ē affirmatiue monstretur vt mutatio ab albedine in nigredinē Aut ex subiecto in non subiectum idest ab habitu in priuatiōē vt ab esse in non esse. aut ex nō subiecto in non subiectū. Cū ergo mutatō ex non subiecto in nō subiectū sit p accidēs cōcludit Phus tres tā tum esse spēs mutatōis per se. qō autē mutatio ex non subiēctō in nō subiectū sit p accidēs oñdit qz nō est ꝫm cōtrapositōnē idest qz priuatio non ē opposita priuationi. omis āt motus per se est ex oppositis. Pro quo notādū q fieri aliquid ex aliquo vt ex forma vl priuatōe pōt intelligi duplr. vl tā quā ex subiecto motus tūc ex forma ⁊ priuatōe non fit aliquid nisi p accñs. sed ex ente in potentia fit aliqd per se vt tangit in pīo hu⁹ qz motus ⁊ mutatio vt in subiēctō sunt in ente in potētia vel in mobili. non autē in forma vel priuatiōe Sed si accipit aliquid fieri ex aliquo tanq̄ ex termio motus sic ex forma ⁊ priuatōe fit aliqd per se. qz forma ⁊ priuatio p se pñt esse termini motus. Omis ergo mutatio per se vel est a forma ⁊ termiatur ad formā. vel incipit a forma ⁊ terminat in p̄uatōē. vel incipit a priuatōe ⁊ termiatur in formā. Que autē est a priuatōe in priuationē vt a non nigro in non albū est oīo p accidēs. quia ibi idē potest esse non nigꝝ ⁊ non albū. Termini autē motus non pñt in idem coincidere sed sunt oppositi.

Omissa ergo mutatōe paccñs que est ex non subiecto in non subiectū insequit phus de aliis tribus mutatōibus p se. Et pīo ostendit duas mutatōs h⁹modi non ēe motus. Pro quo pmittit quādā distinctionē dicēs q mutatio ɔtradictoria q̄ est ex non subiēō in subiectū idest a priuatione in formā q̄ dr generatio est duplex. s. generatio simplex q̄ ē formaꝝ substantialiū ⁊ generatio ꝫm quid q̄ ē formaꝝ accñtaliū. Et idē dicit ꝺ corruptione quo pmisso oñdit q gñatio simplex non ē mot⁹. ⁊ q generatio ē mutatio ꝺ non esse ad esse ne laboret in equoco ostēdit quot modis dr non ens. s. q non ens dr

tripl'r. vno modo q non est fm cō positōes ꝛ diuisionē. ꝛ tale nō mo uet. alio mō sumit nō'ens pro ēte i potētia qd ñ hȝ esse actu simpl'r. tale ēt nō mouet. tercio mō dr nō ens p eo qd nō est fm esse accñtale. vt qd nō est albū ꝛ tale bñ mouet. Pro quo notādū q ēe nō ens prio mō non sumit vt esse vel ens dicit aliqd reale sȝ vt dicit hītudinē pdicati ad subiectū vt cuȝ dr chimera est opinabilis. nō eni ex hoc possumus inferre q chimera sit. vnde esse vel nō esse sic acceptū non dicit nisi vitatē vel fl'itatē ɔpōis ꝛ diuisionis siue affirmationis ꝛ negatōis. Cū ergo falsum ꝛ verꝝ sint in aīa tale esse vel nō esse magis se tȝ ex pte intellcūs q ex pte rei. ex tali autē non esse non pōt esse motus. Sil'r āt in nō esse scdo mō dicto. qꝛ generatio est mutatio a non esse ad esse. iō non est mot⁹ Hāc ɔñaȝ pbat Aristo. dupli'cit Prio sic. qd generat nō est. ergo generatio non est motus. Secūdo mō sic. oē qd mouet est in loco. sȝ qd non est nō ē in loco. ergo qd ñ est non mouet. tale āt est subiectuȝ generatōis. s. ipsa materia que est ens in potētia. Pro quo notādūȝ q sp principiū in aliquo genere est rō ꝛ causa oīm eoꝝ q sūt posteri⁹. vbi ergo nō repitur quod ē prius reperiri non pōt qd est posterius. qꝛ ergo motus localis ē motus prim⁹ vt dicet octauo huius. Qd nō mouet local'r nō mouetur aliquo alio motu. quar' si ens simpl'r in potētia qd est generationis subiectuȝ ñ pōt moueri local'r seqt q nec alio motu moueri possit.

Notandū insuper q ens in potentia non est in loco. qꝛ de ratiōe loci est q adequet vel adhereat locato. pprium est autem quātitati fm eam equale vel inequale dici. Cuȝ ergo ens in potētia omnio nō sit quātuȝ ñ pot'it esse in loco.

Ulterius dicit Phus q sic generatio que est mutatio ex nō subiecto in subiectū non ē mot⁹ sic nec corruptio q est mutatio ex subiēco i nō subiectū. ex quo ergo ille due mutatōes non sunt mot⁹ necesse ē terciā esse motū que. s. ex subiecto i subiectū ē siue ex forma i formā.

De speciebus motus.

1 Jergo probata ⁊c.

Postquā Phus diuisit mutatōȝ coīr sumptā in generationē corruptionē ꝛ motū. in pte ista subdiuidit ipm motū in suas spēs Determiare autē de spēbus mot⁹ est determiare in qbus pdicamen

cās hꝫ esse motus. ⁊ q̄ sunt illa p̄di caměta q̄ acqrunt̄ p motū. nā mo tus recipit spēꝫ a termio ⁊ ē in eo deꝫ genere cū rebꝰ ad q̄s ē motus vt dictuꝫ ē in tercio hꝰ. Et sic mo tus recipit spēꝫ a termio sic r̄cipit ab eo quodāmodo cōtrarietatē ⁊ vnitatē. sunt enī motꝰ cōtrarij hn̄ tes termios ɔtrarios. albari enī ⁊ denigrari cōtrariant̄. qꝛ albedo ⁊ nigredo q̄ acqrunt̄ p tales motus qui cōtrarietatē hn̄t. Rursus mo tus quodāmodo hꝫ vnitateꝫ a ter mino. qꝛ vniꝰ motus per se ē vnꝰ terminꝰ acq̄situs p motū. determi nare ergo de spēbus motus ⁊ eiꝰ vnitate ⁊ contrarietate sunt quasi annexa. Possumꝰ ergo totū hunc librū diuidere in tres ptes. qꝛ pri mo determiat de spēbus motꝰ. se cūdo de vnitate eius. tercio de cō trarietate eius. ſa ibi post hoc āt dicamꝰ. tercia ibi ampliꝰ determi nanduꝫ. Quantū ad primū di cit q̄ tres sunt spēs. s. s̄m quātita teꝫ qualitatē ⁊ vbi. s̄m auteꝫ alia p̄dicaměta nō est motꝰ. Q̄d ei ex substātia nō sit motus probat. qa substātie nihil est cōtrariū. motus autē fit a cōtrario in cōtrariū ⁊c.

Ad cuiꝰ euidētiā primo decla rabo quō substātia suscipit magis ⁊ minꝰ ⁊ quō nō. deīn quō substā tie inest cōtrarietas ⁊ quō nō. Ex qbus ondit̄ quō in substātia nō ē motus. Circa primū sciēduꝫ q̄ illa ꝓprietas substantie qua dr̄ q̄ substātia nō suscipit magis ⁊ miꝰ nō est intelligēda sic̄ qdam opināt̄ q̄ videlꝫ vna substātia nō sit pfe ctioꝛ altera etiā eadē specie cū ipa Dicit̄ enī q̄ aīa xp̄i ⁊ virginis glo riose eēntialr̄ ⁊ qditatie fuit nobi lioꝛ q̄̄ aīa Jude. ⁊ aliter dicer̄ nō solū est absurdū sꝫ ēt tanq̄ errone uꝫ Parisius cōdemnatū est. Est ergo ꝓprietas intelligenda de ea deꝫ substantia nūero. hoc mō scilꝫ q̄ demōstrata quacūqꝫ substātia puta hoīe vel asino nō est verū q̄ tunc sit magis hō vel minꝰ homo q̄̄ prius. ⁊ illo mō nō cotingit rep̄i ri instantiā. hāc auteꝫ ꝓprietatem ꝓbat ph̄s ſo de ḡnatiōe. qꝛ si sub stātia suscipet magis ⁊ minꝰ tunc vna ps posset acquiri post aliā. ⁊ p ɔn̄s ad substātiaꝫ essꝫ motꝰ. vn̄ inter substātiaꝫ ⁊ accn̄tia q̄tuꝫ ad suscipe magis ⁊ minꝰ. ponit̄ ab ali qbus talis dr̄ia. qꝛ in accn̄tibꝰ na tura singl'aris habꝫ latitudiēꝫ gra duū ita q̄ hꝰmōi latitudo nō tātū ponit̄ in nā specifica sꝫ in eadē sin glari in forma in substātijs nō sic. sꝫ ibidē natura cōis hꝫ latitudinē in quolꝫ vo singlari est determina ta ad graduꝫ. ideo non est ibi mo tus nec intensio.

Quātuȝ ad secūduȝ notādum qꝛ cōtrarietas potest sumi dupl'r. s. ꝑpꝛie ⁊ large. si contrarietas su matur ꝑpꝛie vel stricte tūc illa di cunt cōtraria q̄ habēt oēs ꝯdcōs requisitas ad ꝯtrarietatē. si auteȝ sumat large sic dicit contrarietas cui deest aliqua huiusmōi condi ctionū. sic sumēdo ꝯtrarietatē sub stantie inest cōtrarietas. forma ei ignis ⁊ aque sic ꝯtrariātur cū sint forme positiue que non pn̄t inesse sil' sed hn̄ successiue. non ei possunt reduci ad priuatōeȝ ⁊ habitū. qa lȝ vna forma includat priuationē alterius non tamē precise. sȝ vltra hoc dicit aliquid positiuū. sumen do vero cōtrarietatē stricte contra rietas non inest substātie. quia ad min⁹ ibi deest vna condictionū re quisitaꝝ ad cōtrarietatē videlȝ ꝙ forme ꝯtrarie sunt maxie distātes a se inuicē. Sȝ loqt̄ hic Aris. d̄ cō trarietate ꝑut illa dn̄r esse contra ria inter que sunt quidā gradus ⁊ quedā distantia ita ꝙ non statim cum aliqs incipit recedere ab vno est in alio. sed ꝓpter illos gradus ⁊ distantiam si aliqd debet ire de vno in aliud opoꝛtet ꝙ interueiat quidā motus ibi ⁊ quedā successio Sic eniȝ loquēdo de cōtrarietate ꝑpꝛie hic adducta. vel dico ꝙ in substātia non est motus qꝛ in ea n̄ est cōtrarietas patet euidēter. naȝ cum de rōe motus sit ꝙ fiat in tpe impossibile est aliquid moueri ab vno in aliud nisi inter illa sit que dam distātia ⁊ sint quidā gradus ſm quos successiue eatur in illud. Cuȝ ergo in forma substātiali non sint aliqui gradus non possumus intelligere ꝙ ꝑpꝛie sit distantia in ter formas substantiales nisi veli mus accipe distantiā sub vna for ma ⁊ non sub alia. sed hec distan tia non facit oppositōeȝ cōtrariaȝ sed magis cōtradictoꝛiā nō priua tiuā. Cuȝ igit̄ in substantia non sit propꝛie cōtrarietas in substantia non est motus sȝ generatō vel cor ruptio que habet fieri in instanti. Unde si ex aqua generet̄ ignis in toto tempe ꝑcedenti erit alteratio puta calefactio dispositiua matie aque ad introducēdam formā ig nis. ⁊ in vltimo instanti illius alte ratōis introducitur forma ignis ⁊ forma aq̄ coꝛrūpit̄. ita ꝙ genera tio ignis est termin⁹ alteratōnis ꝑ cedentis.

Deinde ꝓbat Aristo. ꝙ ad re lationē non sit motus. qꝛ aliquid pōt referri ad aliud absqȝ sui mu tatōe altero tamen mutato. potest tamen esse motus ad relationem per accidens. potest eniȝ quis mo ueri ad albedinem.

Quod aūt per se moueť ad albedinē mouet per accñs ad siītudinez q̄ fundať in albedine. Insuper ꝓbat Aristo. ꝙ actōis ⁊ passiōis nō sit motus. quod qdez ꝓbat q2 motꝰ non est motꝰ nec mutatōis est mutatio. Cuz enim actio ⁊ passio sint idez mãliter cū motu vt dictū est in tercio huiꝰ ꝓbato ꝙ motus nō sit motus patebit ꝙ actōis ⁊ passionis nō sit motus. Quod autē mutatōis sit mutatio vel motus sit motus pōt dupliͬ intelligi. pōt eniz intelligi tanꝗ̄ subiecti vt dicamꝰ motuz esse motus tanꝗ̄ subiecti. q2. s. motus fundať in motu tanquā in subiecto. secundo mō pōt intelligi tanꝗ̄ termini. q2. s. motus termieť ad motū. Primo mō Aristo. ostē dit motus non esse motū tanquaz subiecti. impossibile est eni motuz esse subiectuz motus siue moueri. Q2 motꝰ non est de nūero subiectoruz idest pmanētiuz sed est de numero successiuoꝝ. Deinde ostē dit Aristot. ꝙ motus vel mutatio non pōt esse terminꝰ mutatōis nec generatio generatōis. Terminū aūt possumꝰ accipe dupliͬ. s. simplicē ⁊ cōpositūz. Simplex aūt terminꝰ generatōis est ipsa forma que per generatōez inducit. terminꝰ autez cōpositus est ipsuz cōpositū quod generať. generatio autē leonis terminatur ad leonē qui generatur ⁊ ad formā leonis que per generatōnez inducit. Ostendit ergo primo Aristo. ꝙ mutatō nō terminatur ad mutationē sicut ad formaz quia tūc idez simul moueretur oppositis motibus vt a sanitate in egritudinē ⁊ econuerso.

Pro quo notandū ꝙ cū aliqd mouetur ꝭm aliquā mutatiōez denominať a termino illius mutatōnis. vt si mouetur ad sanitatē possumus dicere ꝙ sanatur. Si ergo mutatio termineť ad mutationez ⁊ subiectū vadat de mutatione in mutatōz sicut de forma in formā cuz oīs motus ⁊ omis mutatio sit de opposito in oppositū vt de sanitate in egritudinē vel ecōuerso. si subiectuz hoc mō vadat de mutatōe in mutatōez seqtur ꝙ vadat de mutatōe in mutatōz oppositaz ibit ergo de sanatōe in egritudiēz cū terminꝰ ergo denoīet id quod vadit ad terminū si aliqd duz sanatur vadit in egritudinez. egritudo est terminꝰ sanatōis sequit ꝙ egritudo denotet id quod sanať. q̄re veꝝ ē dicere ꝙ id quod sanať egrotať. quod non esset nisi aliqd simlͬ sanaretur ⁊ egrotaret. q̄re cū egrotatio ⁊ sanatio sint motꝰ oppositi. mouebūtur simlͬ motibꝰ oppositis

Dicit aūt insup Aristo. ꝙ lz mu

ratio nō possit per se esse terminus mutatōis pōt tamē esse p accñs.

Pro quo notanduȝ q̄ si subiectū aliquod in illo instanti in quo est plene sanatū incipiat dealbari sanatio termiabit ad dealbatōem sed hoc non erit per se vt sanatio est sed p accidēs ⁊ ratōe subiecti. Naȝ quia subiectuȝ cui inest sanatio incipit dealbari ⁊ habet ordineȝ ad dealbatōneȝ ideo sequit p accidens. q2 vna mutatio hȝ ordineȝ ad aliaȝ mutatōeȝ. quelibȝ auteȝ mutatio indifferēter potest terminari p accidēs ad quālibet mutationē tam cōtinuanteȝ q̄p oppositam sed differēter. q2 ad cōtinuanteȝ poterit termīari īmediate. In illo eniȝ instanti in quo est dealbatus aliquis poterit incipe calefieri. sed ad oppositā termiabit non īmediate sed interueniente quiete media. non eniȝ in illo instanti in quo quis est sanat⁹ poterit incipe egrotare egrotatōne opposita illi sanatōi sed interueīt quies media Silr si graue moueret sursuȝ quiescit ibi anteq̄p moueat deorsum.

Deinde ostendit Aristo. q̄ mutatio non terminat ad mutationē nec generatio ad generatiōeȝ tāq̄p ad id quod generat. si eni generatio generet erit processus in infinituȝ in generatōibus. quia ego queram de illa generatōe qua generatio generat an generetur vel non. Si non pari rōne stat in potentia prima. Si sic ego queram de illa alia generatōe vtrū generetur vel non ⁊ sic pcedendo in infinitum.

Patet ergo ex p̄cedētibus q̄ mutationis non est mutatio ⁊ q̄ motus non habet esse in genere actionis ⁊ passionis. De pdicamētis autē. s. quādo situs ⁊ habitus ptȝ quia ibi non est motus.

ẽt primũ ⁊c. Quia an tiqui determinãtes de generatiõe elementorũ vtebãtur cõgregatiõe ⁊ separatõe ⁊ ita mixtiõe ⁊ tactu. quia in congregatione est queda3 mixtio ⁊ quidã tactus reseruatur Ideo Aristo. cõseq̃ter determi nat de istis. Et primo de tactu di cens q̄ tactus potest sumi duplici ter. s. pprie ⁊ metaphorice. Tact⁹ pprie sumpt⁹ est in habentib⁹ po sitõe3 in loco quorũ vltima sunt si mul actiuis ⁊ passiuis ad inuice3. Ad euidentiã tact⁹ metaphorice sumpti ponit Aristo. quõ mouens ⁊ agens ꝯueniũt ⁊ differũt. conue niũt eni3 quia sicut ẽ dare mouẽs motu3 ⁊ mouẽs imobile sic ẽ dare agẽs passium ⁊ agens impassu3. Differũt aute3 quia mouere est in plus q̃ agere. omne eni agens mo uet sed non ecõuerso. sed tũc solũ mouẽs agit cu3 mobile patitur. ⁊ hoc passionibus secundũ quas fit alteratio vt calore ⁊ frigore ⁊ hu iusmodi. vnde angelus mouẽs ce lu3 non pprie tangit vel agit. qa celu3 nõ patitur huiusmodi passi ones. Pro quo sciendũ q̄ sub stantie separate mouẽt corpora cele stia. corpora vero celestia mouent hec inferiora. ⁊ hec inferiora mo uẽt seipsa ad inuicẽ. Intelligentie autẽ mouẽt corpa celestia non mo ta nec passa. Corpa vero celestia mouent hec inferiora mota passa ita q̄ cu3 intelligentie moueãt cor pa celestia est contactus metaphi sicus ta3 ex parte tãgentis q̃ tacti quia nec intelligentie mouendo p prie agunt nec celestia corpora pa tiũtur. Sed quãdo celestia corpa mouẽt hec inferiora est ibi tactus methaphoricus. sed causa eius vi detur oriri ex altera parte tantu3 Na3 ex parte horũ inferioꝝ vbi ẽ aptus natus repitur tactus pprie sed ex pte celestiũ non q2 tangunt impassibiliter. Cu3 vero hec infe riora se tangunt ad inuice3 est ibi omnino tactus pprie ⁊ agendo re patiũtur ex eo q̄ cõicant in mate ria ⁊ habent formas distinctas que sunt capaces cõtrariarũ qua litatu3 vt caloris frigoris ⁊ huius modi. non sic forme celestes vt di ctum est in primo de celo ⁊ mun do.



de gen. i corr.

Deinde determinat Aristo. de mixtiōe dicens q̄ mixtio est miscibiliū alteratoꝝ vnio. dicūt tamen miscibilia illa que cū agūt patiūt ad inuicē cuiusmodi sunt elemēta possunt misceri ꝛ facere ex se vnū aliud. quoīaꝫ q̄dlibet elemētuꝫ est cōtrariū alteri. Est autē ꝓprietas mixti q̄ quelibet ps mixti est mixta sic̄ quelibet ps aque est aqua.

Circa p̄missa potest dubitari vtrū elemēta maneāt in mixto ƀm substantiā. Ad quod dicēduꝫ ƀm Doctorē subtileꝫ dis. xiiij^a. secundi sn̄iarū q̄ elemēta nō manēt in mixto ƀm sb̄aꝫ siue remissa. sicut dic̄ Cōmentatoꝛ siue nō remissa sicut ponit Auic̄. quod ꝓbatur sic. qa forma elemētoꝝ est nata cōstitue re cum materia suppositū per se subsistens in genere substātie. Si igr̄ est ibi forma que pficiens materiaꝫ constituit cōpositum ex materia ꝛ forma p se subsistens. ꝛ sic̄ est de materia ꝛ forma aque. Si milr̄ est de alijs tribus in quoꝝ mixtione essent quatuoꝛ suppoīta subsistētiua quod videt̄ incōueniens. Jteꝫ formā ignis cōsequitur quātitas ꝛ silr̄ formā aque. ſ; non pōt esse eadeꝫ quātitas duorū subiectoꝝ. ergo vel duo coꝛpa erūt siml̄ vel nō quelibet ps mixti erit mixta. Dico ergo q̄ forma elementi ꝛ forma mixti non cōpatiūt se sil̄. vn̄ sic̄ est incōpossibile qn̄ ex aqua fit ignis māꝫ pfici simul forma aque ꝛ forma ignis. sic hic cū dicit̄ q̄ mixtū generat̄ ex elemento vel elemētis ꝛ corrūpitur i illa talis erit incōpossibilitas inter formā elementi ꝛ formā mixti. Dico ergo q̄ licet mediuꝫ dicat̄ cōponi ex extremis vt rubeū ex albo ꝛ nigro. tamē illa cōpositio non est nisi cōueniētia quedaꝫ. qꝛ nullus ponit quin q̄litates medie sint simplices. vnde ꝓpter illaꝫ cōueniētiam naturaleꝫ medij cuꝫ extremis que non est extremi ad extremū. dicūt extrema esse ꝛ manere in medio. Et non dicit̄ q̄ extremuꝫ sit in extremo. sic in mixto dicūtur manere forme elementoꝝ ꝓpter nālem cōueniētiā que est forme mixti cū elemētis vel formis elementoꝝ q̄ ꝯueniētia est vni^9 elemēti ad aliō

Jteꝫ Aristot. vult q̄ forma geniti mixti ē actualioꝛ ꝛ perfectioꝛ forma elemēti. ita q̄ for^a elementi inferioꝛ ꝛ potētialioꝛ ē. ꝛ iō dicūt elemēta manere v̄tualr̄ sic̄ impfcā ꝛ inferioꝛa manere in supioꝛibus in q̄bus nō manēt nisi v̄tualr. vn̄ postq̄ dixit q̄ el'ta manēt i mixto subdit saluat̄ eni v̄tus eoꝝ. Dicit ergo q̄ el'ta nō manēt in mixto ƀꝫ sb̄aꝫ. nec oꝫ dicere q̄ plus māeat

def. mixtionis

ꝓpetas mixti

Utrum el'ta maneat i mixto s^m sub^a
Re^o s^m Scotum
Com.
Auicenna.

alia ratio

forma elem. et for^a mixti nō ꝯpatiuntur

alia ratio

L .1.

ꝙ extrēa maneāt in q̄litate media vel sic̄ sensitia ⁊ vegetatia manēt in intellectiua.

ar gⁿ Sꝫ cōtra p̄dicta arguit̄. nā sic̄ est dictū pri⁹ mixtio est miscibiliū alteratoꝝ vnio. ex quo sumitur duplex argumentum. nam dicit alteratoꝝ nō corruptoꝝ. g° si miscibilia nō corrūpunt manēt secundū sbaꝫ. Dicit ēt ꝙ est vnio. vnio āt nō est corruptoꝝ sꝫ entium igit̄ cū mixtio sit vnio miscibiliū miscibilia manēt fm substātiaꝫ. Item qualitas elemēti nō est sine elemēto. sꝫ q̄litas elemēti appet i mixto. igit̄ ibi ē elemētuꝫ. maioꝛ ꝓbat̄ p Aristo. tercio de aīa. huiditas aq̄ nō est sine aqua. Itē pꝛio celi. mixtū mouet̄ fm naturā elemēti pꝛedn̄antis. sꝫ si effcūs est causa ē ergo si graue actu mouet̄ deoꝛsuꝫ ē in terra actualr. Iteꝫ quīto metaphīce. Elemētuꝫ est ex quo res cōpōit̄ ⁊ est imanens. ergo substātia elemēti manet.

Rᵒ ad pᵐ Ad illa dicenduꝫ est ⁊ pꝛimo ad pꝛimū dicit̄ ꝙ mixtio est vnio alteratoꝝ. dico ꝙ si mixtio accipitur ꝓ vltimo instanti generatōnis in quo miscibilia coꝛrūpunt̄ quātuꝫ ad suas formas tūc mixtio est miscibilium pꝛius alteratoꝝ vnio inquātuꝫ in vno effectu cōi in quo sicut in effectu saluatur virtus eoruꝫ fm Aristo. vnde qꝛ miscibilia opoꝛtet pꝛius alterari anteq̄ vniātur in vno effectu. non ꝓpter hoc opoꝛtet concludi ꝙ maneāt in illo effectu cuꝫ mixtio etiaꝫ sit generatio quedaꝫ fm Aristo. non accipitur hic vnio ꝓpꝛie. vnde quia ibi cōtinentia virtualiter est vt dictuꝫ est ⁊ fm cōueniētiam ideo ibi dicūtur vniri. Ad aliud cū dicitur qualitas elemētoꝝ non est sine elemēto suo. dico ꝙ nō sunt ibi qualitates elemētoꝝ suoꝝ sed cōsimiles eis. vn̄ ibi est cōuenientia qualitatis naturalꝰ elemēti cū qualitate mixti. in mixto eniꝫ quanto calido est caloꝛ alius q̄ in igne lꝫ sint similes in aliquo. Caloꝛ enim ignis alterat ad ignem ⁊ caloꝛ mixti ad carneꝫ ⁊ nō ad igneꝫ. vnde qualitas mixti est pfectioꝛ q̄ qualitas elemēti. ad aliud Ad aliud de qualitate p̄dominante dico ꝙ p̄dn̄iuꝫ illud ē cōueniētia in illa q̄litate q̄ est ꝑncipiū mot⁹ localꝰ. vn̄ mouēs deoꝛsuꝫ est grauitas pꝛincipiū. ⁊ sic oīa mixta hn̄t talē q̄litatē que magis ꝯuenit cū terra q̄ cuꝫ alio elemēto. vnde si elemēta eēnt actu in mixto cū nō eēnt ibi sine suis q̄litatib⁹ magis eēt ibi mot⁹ violentus q̄tū ad tria elemēta q̄ nālis. ad ultimum

Ad vltimū dico ꝙ illa diffinitio elemēti cōuenit formalr mate

rie prime. naz illa apparet in re q̄ ex ea ꝯponitur.

Incipit expositō secundi libri de generatōe ⁊ corruptione.

d Emixtione ꝛc. Postq̄ Philosophus in primo libro ꝺterminauit de generatōe ⁊ corruptōne consequenter in hoc secundo ꝺterminat de ipsis corporibus naturaliter generatis ⁊ corruptis. s. de quatuor elemētis.

Ponit autez distinctōnez corꝝ secūduz quadruplicē cōbinatiōnē quatuor primarū qualitatū tangibiliū que sunt caliditas frigiditas huiditas siccitas. Iste eniz quatuor qualitates faciūt sex cōbinationes quarū quatuor sunt cōpossibiles due vero incōpossibiles. s. calidus ⁊ frigiduz. humiduz ⁊ siccuz. quare ex istis duabus cōbinatiōibus nulluz elementū est. contraria eni in eodez simul esse est impossibile. Secundū ergo quatuor combinatōes cōpossibiles sumūt quatuor elemēta. Ignis eni est calid⁹ ⁊ siccus. aer humidus ⁊ calidus. aqua huida ⁊ frigida. terra frigida ⁊ sicca. Dicūtur āt ille qualitates prie q2 nō fluūt ab alijs s3 oēs alie qualitates siue contrarietates fluūt ab istis seu ad eas reducunt Iste autē qualitates nō ꝺepēdent ad inuicē. Caliditas eniz nō ꝺepēdet a siccitate nec ecōuerso ⁊ sic ꝺ alijs de frigiditate ⁊ huiditate. Secūdarie āt qualitates sunt que ꝺependēt ab istis. s. durū ⁊ molle asperū ⁊ lene. albū ⁊ nigrū ⁊ sic ꝺ alijs. Caliduz vo sic diffinitur a Pho. Calidū est congregatiuū hōgeneoꝝ ⁊ disgregatiuū etherogeneoꝝ. ⁊ dr̄ homogenea ab homos qđ ē vnū ⁊ genus. inde hōgenea dr̄ q̄ sunt vni⁹ generis vl' natur. Etherogenea dr̄ ab etheros qđ ē variū. vn̄ etherogenea quasi varij generis. Ad euidētiaz h⁹ sciēduz q̄ caliduz rarefacit ⁊ rarefaciēdo quicqd ē subtile eleuat ⁊ euaporat. iō dr̄ ꝯgregar hōgenea q2 grossa ⁊ grauia relinqt deorsū leuia āt ⁊ subtilia facit ascendere sursuz. Et q2 calor cōiungit leuia leuib⁹ ⁊ grossa relinqt cuz grossis iō dr̄ cōgregare hōgenea. vn̄ videm⁹ in estate q̄ caro calefit ⁊ rarescit ⁊ pori aperiūtur ⁊ humiditas naturalr inde exit. Frigidū āt est cōgregatiuū hōgeneoꝝ ⁊ etherogēō

prime qualitates elem[entorum] caliditas frigiditas huiditas 2 siccitas sex combinationes 4or compossibiles 2 incompossibiles

Ignis calidus 2 siccus
Aer humidus 2 calidus
Aqua humida 2 frigida
Terra frigida 2 sicca

deffinitio calidi

deffinitio frigidi

L ij

mīz. Frigidū enī cōstipat ⁊ stringit ⁊ iō nō sepat subtilia a grossis sꝫ coagulat ea simul. vñ videmus in hieme ꝙ cōstringit caro ita ꝙ hūiditas nālis non exit. ⁊ inde ē ꝙ celebrior est digestio in hieme ꝗ̄ in estate. non cōputata āt digestione cibi in corpe poiē triplex digestio pria est qua cibꝰ digerit in stomacho. secūda ē in epate ⁊ ibi generātur hūores. deiñ hūores dirigunt vel deriuantur ad mēbra ⁊ ibi digerit cibus. Tercia digestio p nutritiuam cōuertit ps ⁊ in sbāz corpis ad ɔseruatōz indiuidui ⁊ alia reponitur ad ɔseruatōz spēi ita ꝙ nutritia prepat ⁊ dispoīt materiā generatiē. efficit enī semē ex superfluo tercie digestiōis. vtꝫ p phm xvº. de aīalibus. Huiusmōi sigᵐ est qꝛ mlta ⁊ supflua comestio augmētat materiā spmatis ⁊ excitat generatiuā. Nota tñ ꝙ calidūz paccūs hꝫ frigefacere ⁊ frigidū calefacere. verbigrā aduemēte calore aperiuntur pori ⁊ hūores naturales exhalāt ita ꝙ corpus interius frigescit. Silr frigus cōstrigit corpus ⁊ retinet humores intꝰ ita ꝙ corpus efficitur calidūz.

Humidū vero est quod nō est termiabile termino pprio. bñ aūt est ťmiabile termio alieo sicut terra lapis ⁊ huiusmodi.

Est etiaꝫ notanduꝫ prout dicē ꝙ predictarū qualitatuꝫ due sunt actiue. scꝫ caliditas ⁊ frigiditas. ⁊ due passiue scꝫ humiditas ⁊ siccitas. que due dicūtur passiue ꝙ ñ sunt adeo vehemētis actiōis sicut alie due. hoc tamen non obstante sunt actiue. alioquin non contingeret ex terra generari aquā nec ecōuerso si inter siccitateꝫ terre ⁊ hūiditateꝫ aque non esset actio ⁊ passio. Ista eniꝫ elemēta cōueniūt in frigiditate. similr alie due. s. caliditas ⁊ frigiditas dicūtur actiue. non ꝙ omnino non sint passiue sꝫ quia minus sunt passiue ꝗ̄ humiduꝫ ⁊ siccū. alioquin ex aqua nō fieret aer que cōueniūt in humido neqꝫ ex terra ignis que cōueniunt in sicco. In generatōe autē elemētorū ex vno pugillo terre fiunt decem aque. ⁊ ex vno aque decem aeris. ⁊ ex vno aeris deceꝫ ignis. Cuius ratio est. quia aqua in decuplo est rarior ꝗ̄ terra ⁊ aer ꝗ̄ aqua ⁊ ignis ꝗ̄ aer.

Dicit insuper Aristot. quod in elementis habentibus symbolum idest cōuenientiaꝫ in aliqua qualitate facilior est trāsitus. ⁊ rō qꝛ facilius ē transmutare vnū ꝗ̄ multa

Unde si ex igne fiat aer eorum trans mutatio erit facilior. quia conueni unt in vna qualitate scilicet in cali ditate. Et si humiditas domine tur siccitati ignis statim ignis effi cietur aer. Ubi nota quod licet qua litas symbola vtpote caliditas ig nis non corrumpatur per caliditatem aeris cum non contrarientur. corrumpitur tamen per accidens ad corruptionem sui sub iecti. Sciendum insuper quod cogni to quod ignis excedit in caliditate sta tim possumus cognoscere que qua litates primo conueniunt alijs elemen tis. Cum enim aer sit calidus et hu midus caliditas non primo conuenit ei quia posita est primo igni quare con ueniet ei primo humiditas. quo scito cognoscimus que qualitas primo con ueniat aque. nam humiditas conue nit primo aeri. igitur frigiditas con uenit primo aque ergo frigiditas non primo conuenit terre quia conuenit primo aque. Erit igitur terra primo sicca.

Et notandum quod licet humiditas aque sit magis compacta propter frigiditatem et densitatem materie quam sit humiditas aeris et ideo magis hu mectet. tamen ille non est primus effe ctus humiditatis sed prior eius effe ctus est fluere et esse male termina tum termino proprio et bene termino alieno. et hec maxime conueniunt aeri.

Deinde sciendum quod triplex est in terstitium seu regio aeris. scilicet inferior media et superior. inferior pars aeris prope terram est habens aliquid ca loris et aliquid frigoris. superior autem pars pura est et rara propter vi cinitatem ignis calidaque vehemen ter. Inferior autem pars que est cir cum circa terram habet frigus ex se propter aquam et terram. calida autem est ex repercussione siue reflexione ra diorum solis ad solidam planitiem ter re et aque. efficitur enim non inflam mans sed quasi vaporem sui natu ra quidem prohibens vt non combura tur vel incendatur. Reflexione autem radiorum euocata spirat ex se vapo rem. Regio autem aeris media per eque distantiam quidem ab his duo bus sumpta frigida est valde prop ter causam oppositam cum non habeat calorem ex vicino igitur nec a radio rum reflexione eo quod radij non refle ctuntur ad transparens peruium aut dyafonum sed tantum ad solidum planum. Ex vaporibus igitur eleuatis ab aqua vel a terra causantur in istis regionibus aeris. pluuie. venti. to nitrua. comete. et cetere impressiones secundum quod vapores eleuati sunt calidi aut frigidi subtiles aut gros si secundum quas alias varietates vaporum eorumque variam eleuationem vt mul tipliciter declarat Aristo. in libro methaurorum.

L ij

q **Ualia uero**

ec. Hic declarat õnter Phus de causa efficienti generatõis ꝛ corruptõis dicens ꝙ huius causa est motus solis in circlo obliquo. videmꝰ enĩ ꝙ ad nos sole accedente fit generatio istoꝝ inferioꝝ eo ṽo recedente fit corruptõ

De influxibus autẽ sydeꝝ circa hec iferiora ꝛ de iudicijs astrologoꝝ sup his dicit doctor subtil' xiiij. distin. secũdi sniaruʒ ꝙ stelle agũt in elemẽta ad eoꝝ generationeʒ ꝛ alteratõeʒ. Accedente enim sole cuʒ alijs stellis calidis ad centruʒ alicuiꝰ regiõis elemẽta supiora. s. ignis ꝛ aer augmẽtant. inferiora. s. terra ꝛ aqua minuũtur ꝛ in illa supiora cõuertũtur. Ecõuerso eo recedente ꝛ accedẽtibus stellis frigidis vt saturno accidit generatio elemẽtoꝝ terre ꝛ aque. Et si dicat' ꝙ tũc spera aque erit aliquando maior aliqñ minor. dico ꝙ sic accedente planeta puta sole ad centrũ vnius regiõis ꝑ eius accessuʒ generat' ibi plus de igne ꝛ minuit' aqua tantuʒ. ita ꝑ eius recessuʒ ab illa regiõe generatur in ipsa de elemẽtis frigidis. ꝛ sic seruatur equalitas quo ad totum. Habẽt ẽt stelle actiõeʒ sup mixta impfecta. vt impssiones que generãtur in aere vt comete ec. nã materia aeris que est vapor non eleuatur ad locũ generatõis istaꝝ nisi ꝑ caloreʒ incorpatuʒ in illis virtute alicuiꝰ stelle. Simil'r habent actõeʒ circa mixta impfecta vt metalla que in aliquibꝰ regiõibꝰ generãtur ex cõstellatõe habente respectũ ad regionẽ illaʒ. nam terra non est causa huiꝰ diuersitatis ec habent iteʒ actõeʒ sup aiata alterando corpa ad qualitatẽ cõuenienteʒ vel discõuenientẽteʒ aie pficienti corpus. ꝛ sic agũt ad generatõeʒ ꝛ corruptõeʒ sensuũ ꝛ deordinationẽ eoꝝ. ꝛ ꝑ cõsequẽs pñt haber' actõeʒ aliquã in intellectũ. quia si deordinat sensus in actu suo per cõsequẽs deordinabit' intellectus vt patet in freneticis ꝛ lunaticis. ꝛ quo ad hoc pñt esse causa deordinatõis in voluntate. possunt enĩ in appetituʒ sensitiuũ vt magis inclinetur ad hoc vel ad illud ꝙ ad aliud. Et quia ĩ via inclinatur voluntas ad ꝓsequendum quod est oppositũ ꝭm appetituʒ sensitiuũ. ideo hic inclinãt voluntates nõ tamẽ necessitãt. qꝛ põt cõtrairi per liberũ arbitriũ. Ex his patʒ ꝙ astrologi possunt pronosticari de moribus hominũ ꝭm cõstellatões natiuitatũ ꝛ sepe ꝭm veritatẽ. qꝛ sensus ꝛ cogitatio hominis prona

qr fit mentu iudicium astrologorum

sunt ad maluz licet nõ semp propter libertatẽ voluntatis. in multis etiam errant ⁊ quo ad hec ⁊ quo ad alia ab eis pnosticata. quia perfecte qualitates ⁊ virtutes celorũ ⁊ astrorum cõcurrẽtiuz ad talez effectuz omnes non totaliter sciũtur. effectus eniz vnius stelle põt impediri p aliaz eis ignotaz. ⁊ hec de generatõe ⁊ corruptõe ẜm mentez Scoti cõpendiata p me magistrum Nycolauz de orbellis de prouincia Thuronie.

Incipit expositio primi libri de anima Aristo. ẜm magistrum Nycolauz de Orbellis.

b Onoruz honorabiliũ. Dic incipit liber de aĩa qui quidez dicitur de anima non q̃ anima sit ibi subiectũ sed corpus animatũ. non eniz querũtur i hoc tantuz passiones anime sed totius cõiuncti. omnes eniz potẽtie organice sunt pprietates totius cõiuncti ⁊ non ipsius anime. Cuz enim opatiões huiusmodi potẽtiarum sint opatiões totius vt patet in fine huius capituli sequit̃ q̃ potentie sint pprietates totius. patz cõsequẽtia p Arist. de sompno ⁊ vigilia cuius est actus eius est potẽtia. Sed dicit̃ iste liber de aĩa inquãtuz anima est principiũ ⁊ fundamẽtuz corporis aĩati.

In hoc autez libro ponit p̃mo Aristo. phemiũ in quo reddit auditorez beniuoluz ostendẽdo dignitatẽ ⁊ vtilitatẽ huius scientie dicens q̃ inter bõa honorabilia cuiusmodi sunt scientie vna est nobilior ⁊ honoratior altera. vel quia est de nobiliori subiecto. vel quia est certior altera ⁊ ppter vtrunq̃z sciẽtia de anima est nobilior omi sciẽtia naturali. Est eniz certa scientia. quod patet ex hoc quod quilibet experit̃ in seipso q̃ habeat animam ex actibus ipsius anime Est etiaz anima nobilissima inter formas rerũ corporaliũ.

Ad euidentiã huius notãdum q̃ ẜm Arist. viij°. ethicorum duplex est bonũ delectabile. s. honestuz ⁊ vtile. bonũ honestũ dicit̃ inquãtũ in se est bonũ ⁊ pfectũ vt virtus ⁊ scientia. bonũ autẽ delectabile dicitur inquãtuz in eo quiescit appetitus. Dicit̃ autez vtile inquãtum est ppter aliquẽ finez. vt ppter sublevatõez necessitatis vel indigẽtie vel ppter aliũ finem. Distinguũt̃ illa bona ẜm rõem non autez subiecto cum idẽ possit esse bonũ honestũ vtile ⁊ delcãbile vt v̾tutes ĩt̃

Notanduȝ ēt q̄ ṽtutes intelle
ctuales vel morales que sunt bōa
honesta dicūtur bona honorabi
lia .q: honor est p̄mium virtutis
primo ethicoꝝ. Quia vero hic
fit mentio de bono ideo incidēter
hic ponā quādaȝ aliaȝ distinctiōȝ
bōitatis bene vtileȝ quā ponit do
ctor subtilis dis. vijª. secūdi senté
tiarū. Preter eni bonitaté entita
tiuā qua omne ens est bonū est ét
triplex bonitas moralis. s. boitas
ex genere que competit volitioni
ex hoc q̄ transit sup obiectū cōue
niens actui tali ꝯm dictōeȝ ratōis
recte. Et dr̄ ex genere q: sicut ge⁹
est māle respcū spēruȝ sic illa volū
tas est q̄si mat̄ialis ⁊ potentialis
respcū ois boni interioris in gene
re morū. actus eni talis est forma
bilis p circūstātias morales. ⁊ qū
ex his format̄ tūc est secūda boni
tas que dicit̄ bonitas ṽtuosa. Et
illa est bonitas in specie morū. qa
habet circūstātias quasi drias cō
trahētes. Tercia est boitas meri
toria que est gratia formata. exē
pluȝ primi dare elemosinā. exem
pluȝ secūdi dare elemosinaȝ de ꝓ
prio paupi ꝓpter deū vel pietaté
Exempluȝ tercij dare ex caritate
⁊ gratia.

Deinde ostēdit Phus vtilita
tateȝ hui⁹ sciētie dicēs q̄ hec sciē
tia videt̄ multū ꝑficere ad omēs
aliaȝ scientiā. quod patet q: si ad
philosophiā primā attēdam⁹ non
possum⁹ deueire in cognitōēȝ aia
ruȝ ⁊ altissimaꝝ causarū nisi p ea
que virtute intellectus possibilis
acquirimus. Si vero attēdamus
ad moraleȝ sciētiaȝ nō possumus
eam pfecte acquirere nisi sciamus
potētias aīe cuȝ diuerse virtutes
hēant in diuersis potētijs assigna
ri. Sapientia eni est in intellectu
iusticia in volūtate maxie autem
dicit Aristo. valet hec scientia ad
sciētiaȝ moraleȝ cū anima ipsa sit
principiū opationū aīaliuȝ.

Cōsequēter phus in hoc libro
recitat opiniōēs antiquoꝝ quas
causa breuitatis omitto cum mo
dice sint vtilitatis. Diuersificāt̄ur
āt hmōi opiniōēs ꝯm diuersitateȝ
ponētiuȝ p̄ncipia rerū de quibus
dicitur in primo phisicorum.

Quia vero Aristo dicit i hoc
primo quod dicere animaȝ irasci
simile est si quis dicat eam texer̄
vel filare vel edificare melius est
auteȝ fortassis dicere animaȝ non
intelligere sed hominē animatum
Ideo sciénduȝ q̄ alique sunt ope
rationes que non sunt anime sȝ to
tius coniuncti cuiusmodi sunt ope
rationes potentiaruȝ organicarū
vt videre audire ⁊ sic de alijs.

Alique vero nõ solũ sunt opatões cõiuncti sed ẽt ipsius aie vt intelligere ⁊ velle. Et hoc ideo qꝛ intellectus ⁊ voluntas nõ sunt potẽtie organice. ⁊ ideo nõ soluꝫ hõ intelligit sed ẽt aĩa cuꝫ ẽt ipsa sepata a corpe intelligat. Cum igit irasci requirat organũ cuꝫ ira sit sanguinis accẽsio circa cor. iõ est opatio totius cõiuncti. quare nõ debemꝰ dicere q̇ aĩa irascat sed hõ. sicut nõ debemꝰ dicere ipsaꝫ texere vł edificare. Quod auteꝫ dĩc aristo. melius est autẽ fortassis nõ dicere aĩaꝫ intelligeř hoc dicit q̇ nõ duꝫ pbauerat intellectũ nõ esse potentiaꝫ organicaꝫ sed hoc probat in secundo.

Incipit expositio secundi libri de anima.

q Ue quidẽ a prioribus ꝛc. Postq̄ Phus venatus est in primo libro opinionẽ antiquoꝝ de aĩa. in hoc secũdo tractat de ipsa aĩa ꝓm propriaꝫ opinioneꝫ. Et primo ponit quãdaꝫ diffinitõeꝫ de anima pertinẽteꝫ omni anime dicẽs q̇ aĩa est actus primꝰ corpis phisici organici. Pro cuiꝰ explanatõe poit quãdaꝫ distinctõeꝫ de actu dicẽs q̇ duplex est actus. s. primꝰ vt sciẽtia secũdus vt cõsideratio actu alis quoꝝ actuũ differẽtia potest ppendi ex potẽtijs. Dicit enim aliquis in potẽtia grãmaticus anq̄ acquirat habitũ grãmatice. que q̄dem potẽtia in actuꝫ reducit quãdo iam aliqs habet habitũ sciẽtie Sed tũc iterum est in potẽtia ad vsuꝫ habitus cũ nõ cõsiderat actu Et de hac potẽtia in actũ reducitur cuꝫ actu cõsiderat. Sic igitur scia est actus ⁊ cõsideratio ẽ actꝰ Aĩa ergo dicit actꝰ pmus corpis organici. qa dat ei esse aiatum ⁊ viuũ. Dicit autẽ aĩa actus. quia ẽ forma substantialis que dat actu esse corpi nõ quidẽ esse corpis. qa corpus est corpus p suã corpeitateꝫ. ſꝫ qa ipsuꝫ qđ erat in potẽtia ad vitã habet esse actu viuuꝫ per animã.

Consequenter Aristo. ostendit id quod dicit corpis phisici dñs q̇ corpus phisicũ est illud qđ hẽt in se pncipiũ motus ⁊ quietis. Dř autẽ organicũ qa habet diuersitateꝫ organoꝝ. Pro quo notandũ q̇ diuersitas organoꝝ in corpe suscipiẽte vitã est ꝑpter diuersas opatões aie. Anima eñ cũ sit forma pfectissima inter formas rerũ naturaliũ est pncipiũ diuersaꝝ rationũ. iõ requirit diũsitatem organoꝝ in suo pfectibili. Forme vo reꝝ inaiataꝝ ꝑpter sui imꝑfctiõꝫ

sunt principiū paucaꝝ pfectionū; Unde in suis pfectibilib⁹ non exigit diuersitatē organoꝝ. inter animas autē aīa plantarū imperfectior inuenit̄. vnde in plantis minor est diuersitas organoꝝ q̄ in aīalib⁹. Et ideo ad ostēdendū q̄ omē corpus suscipiēs vitā est organicū accipit ꝓbus argumētū ex plātis in quibus minor est diuersitas organorū. Et hoc est quod dicit q̄ etiā plantarum ptes sunt diuersa organa cū sint ad diuersas opationes sicut foliū est coopimētū fructus. radices autē in plantis sunt siles ori aīaliū q̄ inde attrahunt alimētū. non āt oportet addere in diffinitōe anime potētia vitā habentis. q̄ loco hui⁹ ponit Aristo. organici. omne enī tale habet potentiā ad vitā vt dictū est.

Ex pdictis cōcludit Aristo. q̄ anima non pōt separi a corpe f̄m aliquas eius ptes vel potētias cū alique sint actus aliquaꝝ partiū corpis sicut potētia visiua ē actus oculi. Secūdū ergo tales potentias que requirunt organa in suis opatōibus nō est omnino sepabil̄ licet enī in aīa sepata sit potētia visiua quātū ad illud quod ē ex parte aīe. nō tamē ordine ad actū Et ideo nō est in ppinqua dispositōe ad videndū cū adhuc requiratur organū f̄m aliquas ptes nihil prohibet aīā separi. ⁊ hic est actus pprius taliū potētiarū. pt; de potētia intellectiua cū non requirat organa in sua opatōe.

Posita autē diffinitōe anime ⁊ declarata. cōsequēter Aristo. ipsā probat p demōstrationē.

Pro quo notandū q̄ cū ex notis deueniam⁹ in cognitōe ignotorū Omnis autē demōstratio adducitur causa notificandi aut necesse est q̄ omnis demōstratio pcedat ex notioribus quo ad nos quib⁹ p demōstratōe fit aliquid notum in quibusdā autē fiūt eadē notiora quo ad nos ⁊ f̄m naturā sicut in mathematicis que sunt a materia abstracta. ⁊ in his demōstratō pcedit ex notioribus simplr̄ ⁊ f̄m naturā. s. ex causis in effect⁹. vnd̄ ⁊ demōstratio ppter quid. In quibusdā vō non sunt eadē nota simplr̄ ⁊ quo ad nos. vt in naturalibus in quibus plerūq; effect⁹ sunt magis noti suis causis. ⁊ ideo in naturalibus vt in plurib⁹ pcedit̄ ab his que sunt min⁹ nota f̄m naturā ⁊ magis nota quo ad nos. ⁊ hec vocat̄ demōstrario q̄ f̄m ergo hunc modū a posteriori ⁊ per effectus ipsius anime demonstrat ꝓbus diffinitōe ipsi⁹ anime. ⁊ hoc sic. id qd̄ est primū principiū

viuēdi his que viuūt est corporis viuētis actus ⁊ forma. sed anima est primū pncipiū viuēdi his que viuūt. ergo est corpis viuētis act⁹ ⁊ forma. Manifestū est autem ꝙ hec demōstratio est a posteriori. Ex eo eniz ꝙ aīa est forma corporis viuētis est principiū opatōnis vite ⁊ nō ecōuerso. probat autem Phus minorē dicens ꝙ cum sint quatuor modi seu gradus viuentiuz quorū vnus est p intellectum secūdus p motū localez. tercius p sensuz ⁊ quartus p motuz alimēti ⁊ aucti. Aīa vegetatiua est principiū viuēdi quarto modo in plantis. anima āt sensitiua est pncipiū viuēdi tercio mō in aīalibus impfectis in quibus est sensus sine motu locali ⁊ pgressiuo sicꝰ sūt ostree que habēt soluz sensuz tact⁹ ⁊ mouētur motu dilatatiōis ⁊ cōstrictionis. Anima āt sensitiua p potentiaz motiuā est principiū viuendi secūdo modo in aīalibus pfectis que nō soluz sentiūt ꝫ etiā mouētꝰ motu pgressiuo. anima autē intellectiua est principiū viuendi pmo modo in hoībus in quib⁹ vltra pdicta est intellect⁹. Appetit⁹ autē nullaz facit diuersitatē in gradib⁹ viuētiuz. naz vbi est sensus ibi est appetitus. ideo inter illos nō enumeratꝰ. Ex hoc ergo patet ꝙ anima est principiū quo viuimus.

Ostendit autē Aristo. ꝙ aīa est actus. dicit autē ꝙ principium quo viuim⁹ potest capi dupliciꝰ. vel in ratōe forme vel in rōe subiecti sicut principiū quo sanamur in rōe forme est sanitas. sed in ratōe subiecti est corpus. Actus eni actiuorū idest forme que inducūtꝰ ab agentibus in materia sunt in patiente ⁊ disposito. Anima āt est pncipiū quo nō rōe subiecti sed rōne forme ergo est act⁹ seu forma corporis.

Circa predicta mouet Phus duas questiōs quaꝝ prima ē ista cuz anima sit quoddaz viuēdi pncipiū ſm quatuor gradus viuētiū Utruz quilibet illoruz sit anima vel pars anime. Ad quod respōdet ꝙ in quibusdaz aīalibus vt in hominib⁹ insunt omia predicta. in quibusdaz vo quedaz horū insunt. in aliis autē vnū soluz. In his autē in quibus inest vnū soluz pdictoꝝ vt in plantis oportet ꝙ illud ī eis sit anima. in quib⁹ vo insunt plura est pars seu potētia anime. sed illa aīa denoīatꝰ a pncipaliori pte vt sensitiua vel intellectiua.

Secūda questio est ista si vnū quodqꝫ pdictoꝝ est ps anīe puta oia inueniūtꝰ in vna aīa sicꝰ in aīa hūana vtꝝ hee sint ptes ꝙ sepentꝰ

ad inuicē solū3 fm rōe3. aut etiā3 sepentur loco. utpote q̄ i una parte corpis sit sensitiuu3 ⁊ in alia intellectiuū ⁊ sic de singulis. Ad quod respondet q̄ de qbusdā ptibus aie nō est difficile videre utrū sint sepabiles loco idest subiecto. sed de quibusda3 dubium est. Et ad ostendēdu3 q̄ hoc est facile videre in quibusdā p̄mittit silitudine3 de plantis q̄ queda3 ptes diuise ab aliis ptibus vidētur viuere Et hoc ondit p hoc q̄ ramusculi abscisi inserūtur ⁊ plantātur ⁊ cōualescūt quod nō esset nisi remaneret in eis vita. ⁊ p ɔñs ania que ē principiū viuendi quod contingit quia in unaquaq3 plāta ania una est in actu ⁊ multiplex in potētia.

Quia ergo aia plāte est imperfecta in ordine aniarū nō requirit magnā diuersitatē in ptibus. unde pōt saluari in aliqua partiū. Sic etiā hoc ostēdit in aliquib⁹ aniali bus que dcisa uiuūt quoia3 utraq3 partiū h3 sensu3. quod pat3 q2 retrotrahit se si pūgitur. Dab3 ēt motū fm locū ut ad sensu3 patet. ⁊ si ps decisa habet sensu3 necesse est q̄ hēat appetitū. ad sensu3 eni necessario sequit delectatio ⁊ dolor. Necesse est eni si sensibile pceptu3 sit cōueniens q̄ sit delcābile. si autē nociuū q̄ sit dolorosū. ubi autē ē dolor uel delectatio necesse ē q̄ sit desideriū uel appetit⁹. ubi autē est appetitus ⁊ cōcupiscētia ibi est fantasia. Sic igit māifestū ē q̄ uegetatiuā sensitiuū motiuu3 fm locu3 ⁊ appetitiuū inueniūtur in una pte decisi. Ex quo p3 q̄ nō distiguūtur in corpe aialis loco s3 de quibusdam potētiis uel potissimis ptibus māifestu3 ē q̄ distinguūt loco. uisus ei māifeste nō est nisi in oculo. auditus in aure. olfactus in naribus. gustus in lingua ⁊ palato. Sed prim⁹ sensus scil3 tactus qui est necessarius in aiali est in toto.

De intellctū āt dicit q̄ dubiu3 ē. q2 nōdum pbauit utrū habeat organū distinctum ab aliis an nō. Dicit āt q̄ ptes seu potētie q̄ non sunt sepabiles loco distinguūt fm rōe3. qd pbat q2 cū habeāt sēsus ⁊ dūsos actus hñt aliō ⁊ aliō esse idest aliā ⁊ aliā rōe3 formale3. vñ dic̄ q̄ alte℞ h3 ēe i sētitiuo ⁊ i opinatio. i. intellectio. Ex p̄dc̄tis p3 q̄ poͤ aie. s. uegetatiuū sēiti⁹ motiuū f3 locū apetitiuū ⁊ itellectiuū distigūt ad inicē ex nā rei ⁊ ab ipsa aia ⁊ ñ tātū p opatō3 intellcūs. q̄ ab ipa aia p3 cū sint e⁹ ptes seu ptiales pfctōs. Quō vō iter se pt3 cu3 hēant distictas rōes formales ⁊ sūt pricipia distictaꝝ opationū

Aperte eni volūtas amat nō intellectus. et intellect⁹ intelligit non āt volūtas. Licet āt distinguātur ex natura rei nō tamē distinguūt realiter in his in qbus simł insunt cū vna nō possit corrūpi alia remanēte. nūquā eni est intellect⁹ sine alijs potētijs vt dicit Aristo. in hoc secūdo. in aīa autē sepata remanēt omēs iste potētie in se cōsiderate. licet nō possit exire in actus aliqrū huiusmodi potētiarū. quia ad suas opatōes exercēdas requirūt organa. Secūdo est intelligendu3 quod dicit hic Phus q intellectus sepat ab alijs sicut ppetuū a corruptibili. hoc est intelligēdu3 q sepat ab alijs ptibus seu potentijs nō in se consideratis sed vt cōplectunt organa et sunt propiqua dispositōe ad actus.

Si arguas cōtra hoc qr actus et potētia ad ide3 gen⁹ ptineāt. s3 actus istarum potētiarū vt intelliger et velle sunt accidētia ab inuice3. ab ipsa aīa realr distincta ergo et potētie. Ite3 p Aristo. in psenti ponēte naturales potētias in secūda specie qualitatis.

Respondeo ad primū q potētia et actus pnt sumi vt sunt differentie entis. et sic sunt eiusdē generis p.no vt ide3 numero vt Adā prius fuit in potētia postmodum vero in actu. Alio mō sumit potētia et actus p principio actiuo vel passiuo et tunc nō sunt eiusde3 generis actus et potentia sic est in pposito. maior est cōcedenda prio modo et nō secundo.

Ad secūdu3 dico q Aristo. accipit potētia3 naturale3 p facultate vel abilitate vtendi huiusmodi potentia. Ista3 materiam tractat diffuse Scotus. xv^a. dis. secundi sniarum. Tractat etiam ab alijs doctoribus theologicis in primo et secundo sniaru3. ideo de ipsa succīcte pertranseo.

De potentijs anime.

p Otētiarū autē anime &c. Postquā Aristo. diffiniuit aīa3 nunc accedit ad determinādu3 de partibus eius seu potentijs. Et prio dicit q p potētias idem intelligit quod supra p partes intellexit.

Distinguit autē huiusmodi potentias in quinq3 genera. s. vegetatiuū sensitiuū appetitiuū motiuu3 sm locū et intellectiuū. Ad cui⁹ euidētiā intelligēdū est prio q h⁹modi qnq3 genera potentiarum pnt ad triplicē aīa3. s. vegetatiuā sensitiuā et intellectiuā reduci. motiuū

enĩ fm locũ potest reduci ad sensitiuũ seu intellectiuuz. Silr appetitiuũ fm q duplex est appetitus s. sensitiu9 et intellectiu9 qui dicit voluntas de quib9 in principio p mi metaphisice.

Notandũ insup q Phus hic ponit quinqz potentias licet prius ponat quatuor tãtuz. qr sup Aris. intẽdens ostẽdere q aia est principiũ viuẽdi in omibus viuentibus distinxit ipsuz viuere fm gradus viuentiũ et nõ fm opatões vite secũduz quas hic distinguit genera potẽtiarũ. Appetitiuũ eni non cõstituit aliquẽ gradũ viuẽtinz. quia omnia que habent sensuz habent appetitũ. et sic remanẽt tantũ quatuor gradus viuẽtiuz vt dictũ est.

Ostẽdit autẽ Phus q aialia habẽt appetituz. quod pbat quia oia habentia sensuz tactus hñt appetitũ vt dictũ est caplo pcedẽti. sed oia aialia habẽt sensuz tact9. quod probat. qr sensus tact9 ẽ sensus alimẽti. necessariũ est autẽ omnibus aialibus vti alimẽto. iõ necessariũ est q habeãt sensuz tact9 quo pcipiãt alimẽtum sibi necessariũ et cõueniẽs. Et q tactus est sensus alimẽti manifestũ est sic corpa viuẽtia ostant ex calido et frigido humido et sicco ita ex his nutriũt Tactus autẽ est discretiu9 horuz sed viuẽtia non nutriũtur ex aliis sensibilib9 nisi fm accidẽs inquãtuz videlz cõiũgunt tangibilibus. sapor eni odor et calor nihil conferũt in alimẽtuz inquãtuz hui9. sed soluz inquãtuz cõtingit odorata et colorata esse calida vl frigida humida vel sicca. Sic igit pz q oia aialia habẽt sensuz alimẽti. quib9 cunqz autẽ inest sensus alimẽti inest esuries et sitis quoz vtrũqz est cõcupiscẽtia alimẽti. Esuries quidez ẽ cõcupiscẽtia calidi et sicci qd hz ratõez cibi. sitis autẽ est concupiscentia frigidi et hũidi quod hẽt ratõnez potus. sapor ãt est quodãmodo hoz delectamẽtũ. sapor eĩ delcãbilis indicat pportionẽ conueniẽtez calidi et frigidi humidi et sicci in alimẽto. vnde magis pertinet ad delcãtionẽ cibi q ad necessitatem.

Compat autẽ Phus hui9modi potẽtias ad inuicẽ dicens q sensitiuũ est in intellectiuo et vegetatiuũ in sensitiuo sic trigonuz. i. triangul9 in tetragono. i. in qdrangulo Triangls eni est in quadrãglo in potẽtia. põt enĩz quadrãgul9 diuidi in duos triãglos p dyametruz Sic sensitiuuz est in potẽtia seu vtualr in intellectio et sic de aliis.

Ad determinãdũ ãt de potentiis aie in spẽali dic Phs q pri9

est determinādus ꝯ actib⁹. quod probat qꝛ ſm rōꝫ diffinitiuā act⁹ sunt priores potentijs. quod patꝫ ex hoc. qꝛ cuꝫ potētia dicat quendaꝫ respectū ad actū cuꝫ sit principiū agendi vel patiēdi oportet ꝙ actus ponat̃ in eius diffinitōe. qa ēt obiecta sunt priora actibus oꝫ prius videre de ipsis obiectis.

Pro quo notādum ꝙ ex obiectis diuersis nō diuersificat̃ actus ꝛ potentie anīe nisi qñ fuerit dr̃ia obiectoꝝ inquātuꝫ sunt obiecta. s. ſm rōeꝫ formalē obiecti sic visibile ab audibili. Si auteꝫ seruet̃ eadeꝫ ratio obiēi diuersitas ſm q̄cū ꝙ alia nō inducit diuersitateꝫ specificatiuā actus ꝛ potētie. Eiusdē eni potētie est videre hoieꝫ coloratū ꝛ lapidē coloratū. qꝛ illa diuersitas ꝑ accidēs inest obiēo inq̄tuꝫ est obiectū. Notanduꝫ insup ꝙ cuꝫ aīa ꝓ statu isto non cognoscat seipsaꝫ dircē intuēdo oꝫ ꝙ in cognitiōe aīe ꝓcedam⁹ ab extrinseco ut. s. ꝑ obiēa a qb⁹ abstrahuntur spēs intelligibiles cognosca⁹ act⁹ ꝛ ꝑ actus potētias ꝛ ꝑ potētias ipsaꝫ eēntiaꝫ aīe. Si āt dircē aīa essentiā suā ꝑse cognosceret esset cōtrari⁹ ordo obseruādus in cognitōe aīe. qꝛ quāto aliqs essꝫ propinqui⁹ essentie anīe tanto proprius cognosceretur ab ea.

De vegetatiua potentia.

Quare primū de alimēto ꝛc.

Hic ꝓhus incipit tractare ꝯ ipsis potentijs in spēali. ꝛ primo de vegetatiua que est coior omnib⁹ alijs etiā determinādo de alimento quod est eius obiectū ꝛ ꝯ generatōe que est eius actus. Dic̄ ergo ꝙ quodlꝫ viuū generat aliud eiusdē spēi vt planta plantā oliua oliuaꝫ aīal aīal. Ab hoc tamen excipit impfecta vt pueros orbata ꝛ eunuchos ꝛ hn̄tes siles defectus. Dicūtur eni orbati carētes aliquo sensu vt cecus surdus. excipit etiā ea que generātur ꝑ putrefactōem. Alimētū āt ad ista valet videlicꝫ ad augmētuꝫ ꝛ ad nutritōneꝫ.

De ratōe autē alimēti est ꝙ cōseruet substantiaꝫ ei⁹ quod alitur que cōseruatio est necessaria ꝓpt̃ cōtinuā ꝯsumptōꝫ hūidi a calido naturali. Tercio valet ad generatōeꝫ. semē eni q̄ȯ est generationis principiū est supfluū alimēti. Secūdum hec aīa vegetabil' est p̄rīcipiū triplicis opatōis. s. nutritōnis augmēti ꝛ generatōis. Ad hoc āt dicit Aristot. ꝙ aīa vegetatiua hꝫ duplex instrumētuꝫ. s. ipsuꝫ alimētuꝫ ꝛ calorē naturalē ꝑ queꝫ alterat̃ decoq̄t̃ ꝛ digerit̃ alimentuꝫ.

d Etermina tis autez his. Postquã Phus determinauit de pte vegetatiua. hic ɔñter determinat de p te sensitiua. Et prio ostendit quõ sensus educit de potẽtia ad actuz Ad cui⁹ euidentiaz distinguit potentiã ⁊ actũ circa intellectũ dicens q̃ aliquis dicit sciẽs vno mõ inquãtuz hz naturalẽ potentiã ad sciendũz. vt homo anteq̃ hẽat habitũ scie hec po^a uocat eẽntialis. secũdo mõ dr̃ aliqs sciens inq̃tuz hz habitũ sciẽtie quo põt exire in actũ. ⁊ hec vocat potentia accidẽtalis. qz talis p habitũ scientie in eo existente potest actualiter exire in actuz. Tercio mõ dicit aliquis sciens inq̃tuz actu cõsiderat. prima potentia reducit in actũ cuz quis ex ignorante fit sciens. Dicit autẽ ignorãs duplr̃. vel qz caret habitu scientifico. ⁊ talis dicit ignorãs priuatiue. vel qz hz hituz cõtrariuz. s. errorẽ. ⁊ talis dr̃ ignorans cõtrarie. Dicit ɔñter Phus q̃ sicut potẽtia ⁊ act⁹ dñr multiplicit ita ⁊ pati. Uno mõ ꝓprie dicitur pati quando ps patit aliquod de trimẽtuz ab agẽte ita q̃ fit ibi aliqua corruptio vel abiectõ forme sbalis vel accñtalis. Alio mõ large dicit pati qñ aliqd̃ fm q̃ receptiuũ alteri⁹ compat ad ipz sicut potẽtia ad actũ. hec autẽ passio ñ est corruptõ patientis sz magis p fectio. Potẽtia ei pficit p actus. vnde ignorãs quãdo fit sciẽs dicitur pati hoc mõ ⁊ alterari non ãt prio mõ. Silr̃ igit ille qui nõ hẽt habitũ est in potẽtia ad actũ. Ita dicit Phus q̃ ille qui non habet sensuz est in potẽtia ad sensum. ⁊ reducit talis potentia ad actuz a generante. ⁊ ille qui habet sensuz est in potentia ad actuz sciendi. ⁊ talis potentia reducit ad actũ mediante obiecto sensibili.

Circa predicta notanduz q̃ lz cuz quis ab errore reducit ad sciẽtiaz veritatis sit ibi quedaz similitudo alteratõis que est de contrario in cõtrariuz. non tamen est ibi vere talis alteratio. naz alteratõi que est de contrario in cõtrarium vtrunq̃z per se ⁊ essentialr̃ competit scilicet q̃ sit a contrario ⁊ q̃ sit in cõtrariuz. Sicut eni dealbatio non est nisi ad albuz ita nõ est nisi a nigro uel medio quod respectu albi est quodãmodo nigrũ. Sz in acquisitõe scientie accidit q̃ ille q acquirit sciaz vitatis pri⁹ fuerit in errore. absque hoc enim non põt adduci ad scientiaz veritatis. vñ non est vere alteratio.

His premissis determiat Aristo. de sensibilib⁹ dicēs q̄ duplex est sensibile. s. p se ⁊ p accñs. Est aūt sensibile p accidēs qd̄ accidit ei quod est sensibile p se. sicut accidit albo esse hoiez. iō hō est sensibile p accidēs. tale autez sensibile apphendit p aliā potentiaz cognitiuā vt p estimatiōez vel intellectiuā. Sensibile āt p se dicit duplr. qz quoddā est ppriū quoddā cōe. Est autez sensibile ppriuz qd̄ non pōt alio sensu sentiri nisi suo. vt son⁹ respcū audit⁹ ⁊ sic d̄ alijs Sensibile autē cōmune apphēditur a plibus sensib⁹. Et sunt quinque que enumerat Aristo. s. numerus motus quies figura ⁊ magnitudo Tactus eni ⁊ visus pcipiūt omia ista. s; alij sensus pcipiūt aliq̄ istoruz. licet autē sensus nō decipiat circa propriū obiectū bene tamen decipit circa obiectuz cōmune. vt habet in libro de sensu ⁊ sensato.

Cōsequēter Phus determiat de pprijs sensibilib⁹ ſm vnūquē q̄ sensum. ⁊ primo de obiecto visus dicēs q̄ illud sensibile cui⁹ est pprie pceptiu⁹ visus est visibile. Sub visibili autez cōprehēdit color ⁊ illa que vident lucida de nocte vt putredines quercus ⁊ oculi quorūdaz aialiuz ⁊ sic de alijs. Et silr corpa lucida vt ignis. Dic autē q̄ color est p se visibilis non primo mō s; secūdo. Est autē primus modus dicēdi p se cū predicatur diffinitio vel ps diffinitōis de diffinito. sicut poit Phus primo posterior vt hō est aial. Secūdus āt mod⁹ est qū passio pdicat de subiecto vt hō est risibilis. sicut color est visibil. Quod probat Phus. qz color ē motiuū diaphani in actu causando. s. in eo ppriā speciē. Est autē dyafanū corpus transparēs vt aer aqua ⁊ aliqua corpa celestia. Non eni possemus videre stellas fixas que sunt in octaua spera nisi inferiores spere planetarū essent transpentes vl diafane. Ondit aūt Aristot. q̄ cū illud quod mouet diafanuz in actu sit visibile seqtur q̄ color erit visibilis qz vere diafanuz. Quia vero diafanuz nō fit in actu nisi p lumen. non eniz aer vel aqua aut huiusmodi est in actu transparēs nisi fuerit illuiatus ideo color nō est visibilis sine lumine.

Ad euidentiaz pdictor videnda est differentia inter lucez ⁊ lumen. lux autē non potest poni substantia. qz ē p se sensibil vt ptz ex pdictis. nō āt sba vt patz in sacramēto altaris. lux ergo est qued az qualitas de tercia spē qualitatis. lumē āt nō est substātia completa

hoc est p se exñs. q2 nec spũal' cuȝ sit extẽsibil'. nec corpalis. q2 tunc duo corpa siml' eẽnt vt oñdit hic Aristo. Est eni lumẽ cũ toto aere. nec oportet aereȝ moueri aduenie te lumine. q2 tũc in medio illumia to nõ esset respiratio aeris. nec ẽt lumẽ est forma sbalis. q2 illud cui aduenit est pfectũ in esse illud reci piẽdo sic appet de aere qñqȝ illu miato qñqȝ tenebroso. Nec ẽ ma teria vt patet. nec aliquid ptinẽs ad genus sbe sed q̃litatis quãtum ad terciã spẽȝ dũ generabit in q̃li tatẽ sensibileȝ ⁊ qualitateȝ que est spẽs seu intentõ qualitatis sensibi lis. Notãduȝ q̄ nõ dicit hic in tentio illud qd intendit sensus. qa hoc mõ ipm obiectũ eẽt intẽtio. sȝ intẽtio dr ibi illd p qd tanq̄ p pn cipiũ formale in obiẽm tẽdit sbus Hoc mõ dico q̄ lumẽ ẽ intẽtio si ue spẽs sbil' ipsi⁹ lucis que qdẽ reqrit tam in psiciẽdo medium q̄ organũ anteq̄ sit visiuũ nec medi uȝ nec organuȝ est receptiuuȝ spẽi coloris sine lumie. Ipsuȝ autẽ lu men vocat radius si sit p rectaȝ li neã a diafono ad corp⁹ luciduȝ.

Cõsequẽter dicit Aristo. q̄ ex pdictis patet q̄ color sine lumine videri non põt cũ d ratõe coloris sit q̄ est motiuũ diafani sed actu. diafanũ autẽ non est in actu nisi p lumen. ⁊ ideo color sine lumine vi deri non põt. quod pbat p signũ. q2 si aliquis ponit coloratũ super organuȝ visus nõ videt q2 non est ibi diafonũ in actu quod moueat a colore. naȝ ⁊ si pupilla sit quod daȝ diafonũ non tamẽ erit diafo nuȝ in actu si superponat sibi cor pus ad oppositum. Dicit ergo Aristo. q̄ color mouet diafonũ in actu causando. s. in eo specieȝ vel similitudinẽ suaȝ ⁊ ab hac mouet organũ visus sic a corpe sibi cõti nuato. Corpa eni nõ imutant nisi se tangãt. Eodẽ autẽ mõ se habet vt ait Aristo. in aliis sbilibus si cut in visu. vnde dicit q̄ nec odor nec sonus sentiũtur si tangũt orga na sensus. sȝ ab odore ⁊ sono mo uẽtur media. a medio autẽ vtrorq̄ organorꝝ. s. auditus ⁊ olfat⁹. Si mil'r vt dicit est in gustu ⁊ tactu de quo sequẽti caplo videbit.

Cõsequẽter determiat Phus de noctilucẽtibus que non vident in luie sȝ in tenebris. hec eniȝ in te nebris vidẽtur lucentia in luie võ colorata. Cui⁹ ratio põt assignari q2 illa habẽt aliqd lucis. luciduȝ eniȝ ignis ⁊ diafanũ aeris ⁊ aque nõ est in eis formal'r extinctũ ppẽ opacũ terre. sȝ q2 modicũ habent de luciditate eorꝝ lux ad psentiaȝ maioris lucis occultat. sic etiã est

de stellisque de die nõ uident. unũ in luie nõ uidẽtur ut lucẽtia sed ut colorata tantũ. lux ãt eo℞ ꝑpter sui debilitatẽ nõ põt diafanũ ꝑfecte reducere in actũ ſm qd natũ est moueri a colore. unũ ſb eorũ luce nec eorũ nec aliorũ uidet color sed solũ lux ipsorũ. lux ãt cũ sit efficacior ad mouẽdũ diafanũ ꝙ color cũ mutat in mutatõe diafani uideri põt. Cõsequẽter ⁊ corpa lucida dicẽs ꝙ nõ solũ uident in lumie sicut colorata ſʒ ẽt in tenebris sicut illa de qbus dicit. ⁊ hoc ideo qꝛ ignis hʒ tãtũ de lumie ꝙ põt diafanũ oio in actu facere ita ut ipsũ ⁊ alia uideãtur. nec est tã debile lumẽ ei⁹ ꝙ ad ꝑñtiam maioris lumis obumbret. De predictis patet ꝙ cũ nõ solũ uideãt colorata sed etiã lucida cũ ẽt lux sit substantia coloris. Color enim nõ ẽ nisi lux quodãmodo opacata ex admixtiõe corpis opaci. sequtur ꝙ lux sit obiectũ adequatũ uisus. Color ãt est obiectũ ꝑ se ɔtentũ sub hui⁹modi primo obiecto.

Notãdũ autẽ ꝙ causa quare distantia impedit visũ est non ꝙ mediũ resistat imutatõni visibilis Non eni diafanũ hʒ cõtrarietatẽ ad lumẽ vel colorẽ. ſʒ est in ultia dispositõe ad eo℞ receptõʒ. Cui⁹ signũ est ꝙ subito imutat a lumie vel a colore. Sed causa hui⁹ est qꝛ oẽ corp⁹ videt sub quodã angulo pyramidis cui⁹ basis ẽ in re visa. ⁊ angul⁹ est in oclo vidẽtis. ideo necesse est qꝛ cũ res visa sit maioris quãtitatis ꝙ pupilla oʒ ꝙ ꝑportionabilr diminuẽdo pueniat imutatio visibil usqꝫ ad visũ Maifestũ est ãt ꝙ quãto latera pyramidis sunt lõgiora dũmodo sit eadẽ basis tanto angul⁹ est minor. ⁊ ideo a remotiori minus videt. ⁊ tanta põt esse distantia ꝙ ñ videt. Fit autẽ visio non extramittẽdo sed intus sumẽdo spẽʒ obiiciri visibilis ut ait Aristo. in libro de sensu ⁊ sansato.

De obiecto auditus.

n

Anc autẽ

rc. Hic determinat Aristo. de obiecto audit⁹. s. de sono. vñ dicit ꝙ son⁹ habʒ generari ex ꝑcussiõe duo℞ corporũ solidorũ. nõ eni lana ⁊ huiusmõi mollia faciũt sonũ cũ cedãt ꝑcutienti. Oʒ n. ꝙ sit ibi resistẽtia corpis ꝑcussi ad ꝑcutiẽs ⁊ ꝙ hoc sit cũ violẽtia vt fiat aeris cõmotio ꝗ ɔtinuetur

usq ad aures. Fit at h9moi muta tio aeris vt dicit Aristo. eo modo quo fit in aqua cū aliqd in ea ꝓi citur. fiūt enim ibi quedā regiratō nes in circuitu aque ꝑcusse que q dez circa locuz ꝑcussiōis sunt pue ⁊ motus est fortis. in remotis aūt giratōes sunt maiores ⁊ motus ð bilior. tādez āt mot9 totalr euane scit ⁊ giratōnes cessant. Sic ad ꝑ cussiōez corporꝫ aer in giro moue tur ⁊ sonus utiq3 diffundit. in vi cinio giratōes sunt minores ⁊ mo tus fortior. ideo motus ibi certi9 ꝑcipitur. in remotis autē son9 ob scurius audit ⁊ tādez totaliter de ficit. Est autem sonus in corpe so nāte sed in medio vt aere ⁊ aqua

Postmodū determiat Arist. de voce que est spēs soni dicēs ꝙ vox est ꝑcussio aeris respirati ad vocalez artariā cū imaginatiōe si gnificandi. Ista est diffinitio per causaz. non enim vox est ꝑcussio sz sonus causatus ex ꝑcussiōe. Fit au tez huiusmodi ꝑcussio ab anima perberante aerez ad vocalē arte riaz. ⁊ sola animata habent vocē non autē omnia. Dicitur autez cum imaginatōe aliqua in ordine ad significanduz etiaz naturaliter vel ad placitum. Dicit autem Aristo. ꝙ natura vtitur respiratō ne ⁊ ad formatōez vocis ⁊ ad mi tigationē caloris. vocalis enim ar teria que est organū respirationis est ordinata ad pulmonē vt ei de seruiat ꝑ attractionē aeris. aer au tez necesse est ut recipiat in pl'mo nem. quia in hac parte animalia gressibilia plus habent de calore ꝙ̄ in aliis partibus. Pulmo enim cōiungitur cordi in quo est princi piuz caloris naturalis. oportet er go ꝙ aer ingrediatur ad pulmōez propter refrigerium caloris natu ralis. Animalia autez que multū habent sanguinez multuz habent de calore naturali. ideo indigent respiratione. non autem illa que modicum habent sanguinis vt pi sces. vel que omnino carēt sangui ne vt cancer ostree ⁊ alia hui9mo di vt anulosi corpis vt apes ⁊ for mice ⁊ sic de aliis. talia ergo cum non respirent non habent vocem.

Consequēter determiat Phi losophus de obiecto olfactus sci licet de odore. Est autez odor fu malis euaporatio quam calor re soluit ab odorifero. Ostendit au tem Philosophus quod sicut vi sus ē cognoscitiu9 lucis ⁊ tenebre cū ꝑuatio nō ɔgnoscat nisi ꝑ hitū sic olfatus est cognoscitiu9 odora

bilis et nõ odorabilis. Nõ odora bile autẽ ſm ipſuȝ dupl'r dicitur. aut quod nullуȝ habȝ odorẽ ſicut corpa ſimplicia. aut qd̄ habet paruȝ de odore vel maluȝ odorem. Simil'r eſt dicẽduȝ de alijs ſenſibilibus ſimplicibus.

Notanduȝ q̄ hic Ariſto. dicit q̄ duri carne ſunt inepti mente. molles v̄o ſunt apti. cui⁹ ratõ poteſt eſſe. q2 quanto cõplexio eſt nobilior et delicacior tãto anima minus impedit' ab opatõe ſua. ideo intellcũs eſt perſpicacior.

De obiecto guſtus.

d Etermiat

inſup Phus de obiecto guſtus dicẽs q̄ obiectũ guſtus eſt ſapor et pcipit' a guſtu qui eſt quidaȝ tactus non p mediũ extraneũ vt p aereȝ vel aquã que non ſunt ptes aialis ſed p mediuȝ coniũctuȝ aiali. Caro enĩ eſt medium in ſenſu tactus. Cũ autẽ guſtabile ſit quoddã tãgibile erit etiam mediuȝ in ſenſu guſtus. Ubi notãduȝ q̄ licet guſt⁹ et tact⁹ cõueniãt in mõ ſentiẽdi. q2 vterq̄ pcipit obiectũ ſuũ tãgendo hoc tamẽ nõ obſtante ſunt diſtincti ſenſus q2 hñt obiecta diſtincta. Guſtus eñ eſt diſtinctiu⁹ ſaporis qui non eſt aliq̄ qualitatũ ſenſibiliũ per tactuȝ.

Deinũ oſtendit Phus q̄ ſapor eſt guſtabilis mediãte hũore. Unũ omne guſtabile vel eſt actu humiduȝ vel humectabile p ſaliuaȝ.

De obiecto tactus.

u Ltimo de

terminat Ariſto. de tactu. Circa quod mouet duas queſtiones. Prima eſt vtrũ ſenſus tactus ſit vn⁹ vel plures. Ad quod reſpõdet q̄ non eſt vn⁹ ſenſus. et hoc ideo. q2 ẽ pluriũ ꝯtrarietatũ que nõ cõueniũt in vno genere vl' in vno ſubiecto vt calidũ et humiduȝ frigidũ et ſiccũ duruȝ et molle grauis et leuis. Auditus auteȝ eſt vnus lȝ ſit pl'iuȝ ꝯtrarietatũ vt ſoni acuti et grauiſ aſperi et leuis q2 ille cõtrarietates cõueniũt in vno genere. ſ. in ſono. Põt tñ tact⁹ dici vn⁹ rõe vnitatis et organi.

Secũda q̄ſtio qd ſit organum tact⁹. Ad qd̄ rñdet q̄ caro nõ eſt organũ tact⁹ lȝ eſt mediũ. ſȝ organũ tactus et guſtus ẽ iuxta cor vt poit in libro de ſenſu et ſenſato. Eſt ãt organũ tact⁹ vt dic' Cõmẽtator neru⁹ extẽſus toti corpi. vñ iuxta vel ppe quãlibet ptẽ carnis ſunt aliq̄ ramuſcl'i imixti neruorũ q̄ extẽdũt' p corp⁹ p quos deriuatur virtus tactiua a corde vel cerebro p totũ corpus.

De cōuenientia sensuū.

Ulterius ostēdit Aristo. in quo cōueniūt oēs sensus dicens q̄ cōe est omni sensui q̄ ē susceptiuus spēꝝ sine materia. sicut cera recipit signū ānuli sine ferro vel auro. Sed videt̄ hoc esse cōe omni patiēti. Oē ei patiēs recipit ab agente formā sine materia. nō eni aer recipit ab igne materiā ei⁹ s3 formā. Dicēdu3 est q̄ l3 sit cōmune omni patiēti q̄ recipiat formā ab agente. dr̄ia tn̄ est in mō r̄cipiendi. na3 forma que in patiente recipit̄ ab agēte qn̄q3 h3 eūde3 modu3 essendi in patiēte quē hab3 in agente. Et hoc quidē accidit quādo patiēs h3 eandē dispositō3 ad formā quā h3 agens. vnūquodq3 eni recipit̄ in altero p modu3 recipientis. hoc mō patit̄ aer ab igne ⁊ sic de alijs. Qn̄q3 v̄o forma recipit̄ in patiēte s̄m aliū modū eēndi q̄ sit in agente. qz dispositō materialis patiētis ad recipiēdu3 nō est similis dispositiōi mat̄iali que erat in agente. ⁊ iō recipit̄ in patiente sine materia inquātu3 patiēs assil̄atur agenti s̄m forma3 non secundu3 materiā. Et p hūc secūdū modū ꝑpriu3 est sensui recipe forma3 sine materia. quia aliu3 modu3 essendi habent forme in sensu ⁊ in re sensibili. Nam in re sensibili habēt esse materiale vel naturale. in sensu v̄o intētionale vel spūale. Et ponit exemplū de sigillo in cera. nō eni3 eadē est dispositō cere ad ymagine3 que erat in ferro vel in auro. vnde assil̄atur cera sigillo aureo quātu3 ad ymaginem nō quātu3 ad dispositōem auri. Et quia etia3 intellectui conuenit q̄ recipiat species sine materia iō ad ponendu3 differentiā inter sensum ⁊ intellectū dicit Arist. q̄ sensus requirit organū in debita proportōe non intellectus. Ex quo infert q̄ excellens sensibile corrūpit sensu3. Cum enim sensus requirat organū in d̄bita ꝑportione si virtus sensibilis fuerit fortior q̄ organū natu3 sit pati soluitur ꝑportio idest corrūpitur sensus. Et est sil'ter sicut cū aliquis fortiter ꝑcutit cordas soluit̄ symphonia ⁊ sonus instrumēti qui in quadā ꝑportōe cōsistit. non sic autem excellens intelligibile corrūpit intellectū cū careat organo.

Ex hoc aute3 ostendit insuper Aristo. quare plante nō sentiāt cū nō calefiant. quia videlicet nō habent illa3 proportione3 que requiritur ad organū tactus vt possunt recipere species sine materia sed

patiātur tātum transmutatōe materiali.

Ad euidētiā3 autē eiusdē dcī quod poīt hic aristo. uidel3 q̄ sensibile positū supra sensu3 nō facit sensatōem cum nō sentit̄ uel uisibile positu3 supra uisu3 nō uidetur sciendu3 q̄ quo ad hoc in visu est causa spēalis alia ab aliis sensib⁹ q2 enī color nō videt̄ nisi in lumīe ⁊ reqritur ad hoc q̄ videat mediu3 illuīatu3 si color poneretur super organū visus obumbraret ipsum. ideo sequit̄ q̄ nō posset videri. Quantu3 autē ad alios sensus aliter verificatur ꝓpositō Philosophi. Pro quo notandu3 q2 vt dictu3 est prius duplex est mutatio ipsius sensibilis. vna ē naturalis quādo. s. sensus īmutat̄ a sensibili sm̄ illud vel tale esse vel sm̄ eunde3 modū essendi quo est in re extra. vt cum sensus tactus calefit vel alius sensus alterat̄ aliqualit. Alia est mutatio aīalis sm̄ quam īmutat̄ intētionaliter vel spūaliter a sensibili. licet habeat modū eēndi extra reale3 ⁊ matīale3. modo ita est q̄ aliquis sensus īmutatur intētionaliter solu3 vt visus. tact⁹ autē vtraq3 īmutatōe īmutatur tā intentional'r q̄ realiter.

Cōsequēter probo q2 organu3 est corpus mixtū sicut mediu3 qd est caro. ergo est passiuum reale ⁊ receptiuū actōis realis. Qualitates enī tangibiles sunt real'r actie. igit̄ ꝛc. Simil'r īmutat̄ intentionaliter. q2 si tantu3 realiter īmutatur ratione qua mixtu3 reale nō plus sentires qualitates tangibiles q̄ lignum vel lapides que realiter immutantur. quia ergo tactus sentit huiusmōi qualitates sensibiles ergo ꝛc. Preterea hoc p3 ēt rōne theologica. in dānatis enī post resurrectōe3 generale3 erit sensus tactus ⁊ omēs sensus in actu suo. tūc autē tactus nō īmutabit̄ realiter. quia illa īmutatio non erit corruptiua igit̄ tantū intētionaliter. tamē illa erit magis afflictiua ergo verissima. poterit ergo vna esse sine alia. tamen in statu isto non est mutatio intentionalis sine reali ⁊ naturali īmutatione. quia causat̄ ab ea. īmutatio ergo intētionalis facit sensu3 non autē realis cu3 sine reali possit esse. s. in damnatis Realis etiam esse potest in aīatis cum nō sentiūt. Tangere aute3 inquātu3 hui⁹ est vera īmutatio. q2 tactus potest esse in aīatis que tm̄ realiter immutatur. Et ideo tangibile positum supra organū tactus cum nō immutet̄ nisi realiter non facit sensum tactus. sed omnia sensibilia recepta in eo intētionaliter

faciūt sensu3 tactus. Sic ergo im mutatio intētionalis in organo tactus vel aliorū sensuu3 bene facit sensu3 tactus non autē realis. S3 imutatio realis in organo non facit sensu3 imo magis impedit. qa si sine reali possēt esse intētionalis magis sentiret sensibile sicut pat3 in damnatis. licet ergo in aliis sensibus a visu sentiātur sensibilia tāgentia organū hoc est rōne imutationis animalis que per se causat a naturali imutatōe fm qua3 tangunt organū. ⁊ ideo fm hec ppositio Philosophi est intelligenda scilicet q͛ sensibilia tangētia sensu3 nō faciūt sensu3. quia rōe immutatōis realis fm qua3 tangunt organum non faciūt sensum. hec Jacobus de Esculo sequax Scoti in questionibus super libru3 de anima que quidem ab aliquibus dicūtur esse ipsius Scoti quax pncipiu3 est vtrum sensus tactus sit vnus. sunt viginti ⁊ vna questiones. de quo vide. xliiii^a^. dis. quarti sententiarū eiusde3 doctoris.

De sensu cōmuni.

q Uod autē non sit alius sensus preter quinq3. Hic tractat Philosophus de sensu cōmuni dicens q͛ oportet ponere sensu3 cōmune3 in animalibus cum sit aliqua potentia que habet iudicare d̄ obiectis sensuū pticulariū vt illa ad inuicē distinguūtur. hoc autē non potest facere sensus particularis. q2 nulla potentia potest distinguere inter aliqua extrema nisi illa extrema cognoscat. vnde nulla potentia potest cognoscere albū esse aliud a dulci nisi cognoscat albu3 ⁊ dulce. vn̄ vero sensus pticularis nō pōt cognoscere obiectū alteri⁹. Oportet ergo ponere sensu3 cōe3 qui habeat apphendere obiecta sensuū pticulariu3 ⁊ de ipsis iudicare. Iste autē sensus mouetur a sensibus pticularibus recipiendo species ab ipsis sicut ⁊ sensus particulares mouētur ab obiectis.

Circa quod sciēdu3 q͛ vt dicit doctor subtilis 3^a^. dis. primi sentētiaru3 sensus non se habent actiue respectu speciei sed solum passiue licet se habeāt actiue respectu sensationis.

Notandū insuper q͛ distinctio potentiax sensitiuax interiox potest capi vel colligi ex dictis Auicenne sexto naturaliu3. ⁊ in libro de distinctione spiritus ⁊ anime.

Cerebrũ enĩ anĩalis in duas ptes diuidit. anteriorẽ. s. que est maior ꝛ posteriorẽ que est minor. Et in prima pte anteriori sunt duo ventriculi vnus altior altero ꝛ añ alius. in postrema autẽ parte est vnus tantum. ꝛ inter illas duas ptes est vnus ventriculus medius habẽs duas ptes vnã supiorem ꝛ aliã inferiorẽ ita q̄ vna est tota sup̄ aliã Et inter istum ventriculum et ptem posteriorẽ est quoddam corpus ad modum vermis quod clauditur ꝛ aperit cum opus fuerit memorari ꝛ vergit versus ptem posteriorem.

De dictis ergo dicamus p ordinem. A primo ergo ventriculo prime ptis cerebri pcedũt septem paria neruorum quorũ vnum seruit virtuti visiue ꝛ oritur vnus de neruis a dextra parte illius primi vẽtriculi ꝛ alius a sinistra. ꝛ sic qui oritur a sinistra tendit ad dextrã ꝛ qui a dextra tendit ad sinistram ita q̄ cõcurrũt ꝛ intersecant se ad modũ crucis. Et ille cõcursus neruorum dicit neruus obticus. Procedũt autẽ illi nerui ꝛ elongantur quousq̄ recipiant in suis orificijs ipsos oculos. Nota etiam q̄ in loco cõcursus est quedã cõcauitas per quã potest esse transitus ipsius spiritus ab oculis vsq̄ ad primum ventriculum prime ptis cerebri. ꝛ ab illo est via vsq̄ ad mediũ ventriculũ et ab illo vsq̄ ad posteriorẽ

His pmissis sciendũ q̄ in illo cõcursu illorum duorum neruorum est organũ vtutis visiue. q2 si ambo nerui iudicarẽt de obiecto cum recipiant duas spẽs in duobus oculis sp videns iudicaret vnũ est duo. virtus autẽ sensitiua interior propinquior est visiue. Sensus cõmunis est in primo ventriculo anterioris ptis cerebri. cuius officiũ est apprehẽdere omnia sensibilia sensuũ pticulariũ et iudicare differẽtias eorum vt dictum est. Ad hunc sensum vidẽtur cõcurrere organa sensuum pticulariũ sicut ad centrũ. Post sensum autẽ cõem est imaginatio cuius organũ est posterior ventriculus anterioris ptis cerebri. Officium ãt eius est retinere illud qd̄ reddit sibi a sensu cõi. retinet ãt spẽs illorũ que apphendũtur tam a sensibus pticularibus q̄ a sensu cõmũi nõ tamẽ distiguit vel discernit vt vult Auic. sexto naturaliũ. discernere vero cõpetit sensui cõmuni et etiam cellule sensus pticlaris suo modo. Post imaginatiuã aũt est vis cogitatiua cuius organũ est in inferiori parte ventriculi medij cuius officiũ est facere compatõem inter ea que cõseruãtur in imaginatõe vt vult Auic. vbi supra. Hec

vis vocatur ab Aristo. intellectus passiu⁹ qui corrumpitur ratõe organi. p illaȝ potentiã possum⁹ cognoscere soleȝ viridẽ ⁊ monteȝ aureũ. licet nunq̃ viderimus ea coniuncta in aere. tamen q̇ species solis est viridis habem⁹ seorsum in imaginatõe. ⁊ forsitan hec est vis expimentatiua. Post cogitatiuaȝ autẽ est vis estimatiua cuius organũ est in supiori parte eiusdẽ ventriculi medij. officiũ auteȝ ei⁹ est apphendere intentões non sensatas que. s. nũquaȝ ceciderũt sub apprehẽsione alicui⁹ sensus particularis. ⁊ tamẽ apprehẽdit sub intentõnibus sensatis que scilicet ceciderunt sub pticulari sensu. Per hanc virtuteȝ apphendit ouis inimiciciã lupi vidẽs lupũ habenteȝ speciẽ inimicicie p pticularem sensuȝ nõ apprehendit. Et iõ videns lupuȝ fugit illuȝ. ut vult Auicẽna vbi supra.

Iteȝ sciendũ est deinde q̇ per hanc virtuteȝ apphendunt̃ aliqñ intentiões sensate quas. s. sensus pticularis natus est apphendere lȝ ea nõ apphendat. puta cum videmus aliquid esse rubeũ iudicam⁹ ⁊ estimam⁹ illud ẽe multũ dulce.

Ultimo est vis memoratia cuius organuȝ est ventriculus posterioris partis cerebri. Cuius officiuȝ est retinere ea que apprehensa sunt p estimatõeȝ. ⁊ sic se habȝ ad estimatõȝ sicut imaginatio ad sensuȝ cõmunẽ. Sic eni sensus cõmunis apphendit ea que redduntur sibi a sensibus pticularibus ⁊ non retinet nisi forte modicũ vel quaȝ diu est in actu sentiẽdi. Imaginatio autẽ illa retinet que estimatia apphendit vt vult Auicenna vbi supra.

Ex istis patȝ euidẽter quomõ omnis nostra ꝯgnitio sensitiua interior oritur a sensu exteriori. Cũ autẽ sic assignẽtur organa sensuuȝ in cerebro ƀm Auic. tamẽ Arist. in libro ď somno ⁊ vigilia vult q̇ primũ sensitiuũ quod vocat sensũ cõmunẽ sit situȝ in corde. Ult. n. in libro ď sensu ⁊ sensato vt tactũ est prius q̇ gustus ⁊ tactus habeant organa circa cor. licet ꝯcedat ibi de visu ⁊ auditu ⁊ olfactu ea habere organa circa cerebrũ teneas quid volueris.

Deinde ostendit Aristot. quid sit fantasia dicens q̇ fantasia est motus factus a sensu exercente in actu vel exeunte.

Ad cuius euidentiaȝ sciënduȝ q̇ quidaȝ ponũt sensuȝ cõmunem ⁊ fantasiaȝ esse ideȝ. Alij vero po

nūt fantasiā ꝛ imaginatōem esse idē. Primi habēt exponere dif finitōnem fantasie ꝙ est motus factus a sensu particulari. quia scilicet mouet a sensibus pticularibu recipiēdo species ab ipsis sicut ꝛ sensus pticularis mouet ab obiectis. Ponētes autē fantasiā ꝛ imaginatōē esse idem habent dicere ꝙ fantasia est motus factus a sensu. ita ꝙ sicut sensus cōmūis mouetur a sensibus pticularibus recipiēdo species ab ipsis. sic fantasia uel imaginatio mouet a sensu cōmuni. Huiusmodi autē opinio videt esse doctoris subtil' dis. prima quarti sentētiaꝝ questione de actōne immanēte. ubi dicit ꝙ imaginatio est motus factus a sensu ſm actū ꝛc. videt accipe fantasiā ꝛ imaginationē pro eodem.

Incipit expositio tercij libri d anima.

d

Eparti bus autē anime ꝛc In hoc tercio libro determiat Aristot. d pte intellectiua. ꝛ primo de intellectu possibili dicēs ꝙ nō est potētia organica. Nō enī est minister materie. Dr autē maxime intellectus imaterialis ſm Scotū questiōe pria quolibeti. quia nō exercet opationem propriā p organa. Organū enī quod est cōpositū ex anima ꝛ determiata pte corpis est ratio imediate recipiēdi visionē. nō sic d receptōe intellectiōis. Ex quo cōcludit Aristo. ꝙ cum ps intellectiua nō habeat organū sicut pars sensitiua quod est imixta. ideo potest verificari dictū illoꝝ qui dixerūt ꝙ anima est locus specierū Quod potest intelligi ſm doctorē subtilē dis. tercia tercij sentētiarū quod videlicet intellectus ē locus specierū inquātū habet huiusmodi species saluare sicut locus habet saluare locatū. Alie autem potētie non sic ponūtur loca quia non saluāt illas species siue cōseruant Species enī intelligibiles nō videntur deleri sicut sensibiles. nam species sensibilis ita est in organo

ꝙ poteſt deleri per cōtrariū. ſicut patet per Ariſtot. de mēoria ⁊ reminiſcētia. vbi dicit ꝙ ſenes ⁊ iuuenes ⁊ pueri ſunt male remiſcentie ꝑpter habundantiā humoꝝ iſto modo non eſt ſpecies intelligibilis in intellectu ut ꝑ ſe deleatur ꝑ aliquod cōtrariuꝫ ad ipſam.

Dicit eniꝫ ideꝫ doctoꝛ equali diſ. quarti ſniarū. ſpeciē alicuiꝰ pꝛius intellecti. ꝙ Ariſtot. nō diceret aliquod bene vel male memoꝛatiuū qꝛ intellectus eius bene vel male cōſeruet ſpeciē alicuiꝰ pꝛius intellecti. ſed qꝛ memoꝛia eius ſenſitia que cōcurrit cuꝫ intellectiua ad recoꝛdationē intellectiuā ſicut fantaſia ad intellectionē eſt bene vl̄ male retentiua ꝑpter diuerſitateꝫ oꝛgani. Foꝛte enī intellectiua quādo ꝙ cōſeruat ſpecies ſed non pōt in actu ſumi. qꝛ ſpēs deleta eſt a memoꝛia ſenſitiua. Et notāduꝫ ꝙ licet memoꝛia ⁊ remiſcentia large poſſint ſumi pꝛo eodem. differūt tamen ſm Ariſtot. quia memoꝛia ꝓpꝛie eſt retentio ſeu cōſeruatō ꝑteritoꝝ. reminiſcentia autem eſt reſumptio ſeu recoꝛdatio oblitoꝝ ⁊ a mēoꝛia elapſoꝛū.

Conſequēter tractat Ariſto. de pꝛimo obiecto intellectꝰ noſtri qd̄ videtur eſſe ſm ip̄m quiditas rei materialis ſeu ſenſibilis.

Circa qd̄ ē notādū ꝙ vt dic̄ doctoꝛ ſubtilis. xiiijª. queſtiōe quolibet. Quiditas rei materialis nō poteſt poni obiectū intellectus noſtri vt eſt talis potētia. quia tūc ſequeret̄ ꝙ intellectus beati haberet quiditatem rei materialis pꝛo obiecto adequato. Uel ſi non nō maneret eadeꝫ potētia que modo ergo utrūqꝫ eſt falſum. Nec valet dicere ꝙ eleuatur ꝑ lumen gloꝛie Nullus enī habitus eleuās potentiam pōt hr̄e obiectuꝫ qd̄ excedit p̄mū obiectū potētie. qꝛ tūc ille habitꝰ nō eſſꝫ illiꝰ potētie. ſꝫ vel eſſꝫ in ſe poª vel facerꝫ potētiā ēe aliā ab iſta ſic hr̄et aliō obic̄m p̄mū. Dic̄ gº ꝙ obic̄ꝫ p̄mū nāle pōt capi dupl̄r. vnoº ad qd̄ poª nāliter intelligit̄ ⁊ hꝫ ē ens reſpcū intellcūs creati ſm ſuā totā coītateꝫ ꝑut videlꝫ ſe extēdit ad oē poſitiuuꝫ quod non eſt nihil ſiue ſit ens reale ſiue ratōis cum omē tale ſit intelligibile. Alio mō capit̄ obiectū p̄mū naturale ad qd̄ poª pōt nāliter attigere ſm ꝯcurſuꝫ cauſaꝝ nāliuꝫ. ⁊ hoc ē ens limitatū. intellcūs ei nō ſepatꝰ a coꝛᵉ. vl̄ ēt intellcūs āgelicꝰ pōt natural̄r ꝯgnoſcere oē ens litatū n̄ āt enſ illitatū vt deū ſꝫ ꝑ ꝑa rōe deitatis. ⁊ iō ens ſm ſuā totā ꝯitatē n̄ ē obicꝫ ab itll̄cū attigiᵉ

quia tūc omne ens posset naturaliter cognosci cum obiectum ⁊ potentia debeāt adequari. hoc tamē est falsū vt patet de deo sub rōe deitatis. Obiectū tamē naturalit̄ attingibile ⁊ adequatū intellectui nostro pro statu isto est quiditas rei materialis vel rei sensibilis intelligendo nō solum de sensibili ꝓprie sed etiā de incluso essentialit̄ vel virtualiter in sensibilibus.

Hanc etiā materiā tractat diffuse Scotus dis. tercia primi sententiarū vbi ostendit ꝙ quiditas rei sensibilis est obiectū intellectus nostri pro statu isto in ratōe motiui. quia videlicet pro statu isto nō naturaliter alia intelligit que non continētur sub hoc motiuo primo Cuȝ ꝓ nūc nō intelligat nisi mediantibus fantasmatibus seu speciebus rerū sensibiliū. Et hoc propt̄ penam originalis peccati vt dicit Augustinꝰ. xvᵒ. ð trinitate. Qualiter auteȝ intellectus noster intelligat quiditates immat̄iales videbit̄ secūdo metaphẏsice capit̄lo prio

Ad euidētiaȝ predictoꝝ notāduȝ ꝙ ꝑ quiditatē rei sensibilis intelligit̄ essentia rei que ꝑ diffinitōneȝ importat̄. Manifestuȝ est eni ꝙ species intelligibiles nō sunt obiectū intellectus. nō eniȝ se habent ad intellectū sicut quod intellctūs intelligit sed sicut quo. sicut species que ē in visu non ē quod videt̄ sed quo visus videt. quod autem videt̄ est color qui est in corpore. ⁊ illud quod intellectꝰ intelligit q̈ditas que est in rebus. nō āt spēs intelligibilis nisi inquātum intellectus sup seipsuȝ reflectitur. Quia eni intellectꝰ reflectit̄ super se ipm cognoscēdo se intelligit. ⁊ suū intl̄ligere est ꝑ specieȝ qua intelligit. ⁊ sic spēs intelligibilis secūdario est illud qđ intelligr̄. Sȝ id qđ pͥntl̄ligr̄ ē res cꝰ spēs ē silr̄itudo. Intellcūs ēt ut dic̄ hic Arist. nō intelligit singl̄are dirc̄e sȝ reflectendo se sup fantasmata. Cuiꝰ rō est qꝛ intellcūs ꝑ statu isto nō intelligit nisi abstrahendo specieȝ intelligibilem a condcōibus indiuidualibꝰ que spēs repn̄tāt vl̄e actu. ⁊ ideo intellcūs nr̄ nō ē cognoscitiuus dirc̄e nisi vl̄iuȝ indirc̄e āt reflectēdo ⁊ ɔuertēdo se ad fantasmata intelligit singl̄aria quoꝝ sūt fātasmata ð qᵒ pāpliꝰ dicet̄. vij. metaphẏsice.

Ultiꝰ mouȝ Aris. q̈dā dubitatōȝ vȝ cū itellcūs sit simplex ⁊ impassibil̄ quō p̄t itelliger̄ cuȝ intelliger̄ sit qđdā pati. patiēti āt ⁊ agēti debet esse aliqđ cōe. Coicāt eni in mat̄ia vt dr̄ prio de generatōe

Ad quod respõdet q̃ licꝫ agẽs et patiẽs passiõe ꝓprie dicta et reali de qua dictũ est prius debeãt coicare in materia nõ tamẽ oꝫ de illo quod patit̃ passiõe large sumta qua.s.patiẽs recipit aliquid ab alio hoc mõ intellcũs dr̃ pati inq̃tũ videlꝫ ẽ in poᵃ ad itelligibilia. et nihil eoꝝ ẽ actu anteq̃ itelligat. Intellectus eniꝫ non cognoscit se ipsuꝫ nisi ꝑ actus suos intelligẽdo s.se intelligere. duꝫ eni ꝑcipimus nos intelligere. cognoscimus nos habere aiaꝫ intellectiuã.vnde intl'lectus anteq̃ intelligat est sicut tabula rasa in qua nihil depictũ est sed plura possunt in ea scribi. per quod excludit opinio Platõis q posuit nãliter aiaꝫ humanã habere oẽꝫ sciẽtiaꝫ qua quidẽ obliuiscitur ꝑ vniõeꝫ ad corpꝰ.vñ dicit q̃ addiscere nihil aliõ ẽ q̃ reminisci

Ad euidẽtiaꝫ ꝑdictoꝝ notãdũ q̃ ꝑ illud qõ dicit hic Aristot.q̃ intellcũs nihil ẽ intelligibiliũ añq̃ actu intelligat põt intelligi illa auctoritas quaꝫ poit in illo tercio videlꝫ q̃ intellctũs possibilis nihil ẽ eorũ q̃ sunt ante intelligere. Quã sic expõit Scotꝰ dis.3ᵃ primi sententiaꝝ. Aliq inquit istã lr̃am sic ptractant vt dicãt intellectũ possibileꝫ esse in pura potentia in genere intelligibiliũ sic mãia in generentiũ que expositio nõ est intentio Phi.qꝛ poᵃ ad accñs nõ fundat nisi in sba. Intẽtio ãt sine spẽs intelligibil' nõ est forma sbalis sꝫ accidẽs. ergo qõ est imediate receptiuũ illius est aliqd in actu sbali. intellectꝰ ergo possibil' in quo recipit forma intelligibilis siue intentio nõ erit pure potẽtiale lꝫ ipse respectꝰ potẽtie nõ sit aliqd in actu. cuꝫ eñ loquor de potẽtia receptiã albedinis nõ loquor de potẽtia q̃ dicit respectũ ad albedinẽ.ille eni respcũs nõ est aliquid in actu sicut albedo ad quã est. qꝛ respectꝰ nõ est sine termio.sed illud in quo est illa potẽtia est aliquid in actu vt supficies.licet ergo respectꝰ ad intellectõeꝫ nõ sit aliquid in actu sic nec intellectio ad quaꝫ est tamẽ illud in quo est illa potẽtia quod.s est r̃ceptiuũ illiꝰ respectꝰ est aliqd in actu et illud ẽ intellectꝰ possibil' Non est ergo apud Phm intellectus possibil' aliquid in actu sicut illi accipiũt. Sꝫ oportꝫ exponere auctoritatẽ illaꝫ hꝫ mõ. Naturalit̃ prio intelligimꝰ illa q̃ prio occurrũt ex fantasmatibꝰ vt patet ex ꝑdictis.nihil ergo possumꝰ potẽtia ꝓpinqua intelligere ante intellctõneꝫ alicuiꝰ imaginabilis. ideo nõ possumꝰ intelligere intellectuꝫ ante intelligere alteriꝰ intelligibilis.

Intellectus ergo nihil est eorum q̄ sunt scilicet intelligibilium ante intelligere. nō q̄ antequā intelligat nihil sit in actu. sed quia non ē aliquid quod possit potētia propinqua intelligi ante intelligere alterius ꝑpter intellectōem nostram naturalem orientē a fantasmatibus.

Id insup quod dicit Aristot. intelligere est pati. sic exponit idē doctor vbi supra dicēs q̄ Philosophus coīter locutus est de potētiis anime inquātum sunt quibus sumus formalr in actu secūdo. puta de sensu inq̄tum est illud quo formaliter sentim⁹. ꝛ de intellectu inquātum est quo formalr itelligim⁹ Formaliter igit̄ intelligim⁹ intellectu inquātum recipit intellectionem q̄ȝ licet eam causet actiue non tamē dico intelligere intellectu inquātū causat sed inquātum habet intellectionē ut formā. habere eni qualitatem est esse quale. ꝛ ita intellectū habere intellectionē siue recipere quod idem est. est ipsum esse intelligentem. Nos ergo intellectu intelligimus inquātum recipit intellectiōm Ideo Aristo. sic loquēs de intellectu necesse habuit dicere ipsum ēe passiuū. ꝛ similiter de sensu. Intelligere igitur est pati. Intellectio ē quedā forma recepta in intellectu qua sumus formaliter intelligentes. Non autem intelligimus eam inquātum est aliquid causatum ab intellectu. nā si deus eam crearet ꝛ intellectui nostro imprimerem nō minus eam intelligeremus. Licet ergo Aristo. dicat intellectum esse passiuū non tamē negat eum esse actiuū. locus enim ab auctoritate non tenet negatiue. intellectus eni ꝛ obiectum presens in se vel in specie intelligibili sunt due cause partiales respectu intellectionis. intellectus tamen est causa principalior ꝛ obiectum minus principalis sicut si mater ponatur se habere actiue respectu prolis pater ē causa principalis. Et cōformiter dicendum est de sensu respectu sensationis. Unde dicit Augustinus primo de trinitate. Ex visibili ꝛ vidente gignitur visus. Et nono d̄ trinitate. A cognoscēte ꝛ cognito oritur noticia. hanc materia pop time tractat doctor predictus distinctione tercia primi sententiarum

De intellectu agente.

q Voniam autem sicut in omni materia ꝛc. Postq̄

determiauit de intellectu possibili. hic consequēter determinat de intellectu agente. Et ponit differētiam inter vtrunq3 dicens q intellectus agēs est quo est omīa facere ꝛ intellectus possibilis est quo est omnia fieri.

Ad cuius euidētia3 notandu3 est ſm Scotu3 dis. tercia pmi sententiarū. ꝛ. xv^a. questiōe quolibeti q species in fantasia non repsentat vniuersale actu. ꝛ ideo non est sufficiēs ad mouēdu3 intellectum potētialem ad intellectionem vniuersalis. Intellectus igitur agens est quo est omia facere inquātū facit de intelligibili in potētia intelligibile in actu depurādo ꝛ abstrahēdo species ab omibus p accñs cōiunctis. Est eni3 actiuū respctū intellectōis omis vt dicit hic Aristo. q est sicut lumē respectu coloris. lumē eni mouēdo diafanu3 in actu facit colores esse visibiles. sic intellectus agēs facit de potentia intelligibili actu intelligibile. ꝛ potētia vniuersali actu vniuersale. Intellectus eni agēs cū fantasmate sunt due cause partiales respectu spēi intelligibilis. Intellectus aute3 possibilis est quo est omnia fieri inquātu3 receptiu⁹ huiusmodi specierū intelligibiliu3 represētantiū actu vniuersale. Et secūdū hoc vt dicit hic Aristo. intellectus agens est nobilior possibili cu3 se habeat actie respectu specieru3 intelligibiliu3. possibilis autem passiue.

Utrum autem respectu intellectionis solus intellectus possibilis mediante specie intelligibili se habeat actie. vel solū agens vel utrū q sunt varie opiniōes quaꝝ quelibet potest sustineri vt dicit idem doctor in prefata questione quolibeti. Si autem vtrunq3 se habeat ad finē respectu intellectōis intellectus agens est principalior causa possibilis vero minus principalis

Ex istis patet distinctō formalis intellectus agentis ꝛ possibilis sicut prius dictu3 est de alijs potētijs anime. Cu3 eni solus agens se habeat actiue respectu speciei intelligibilis ꝛ solus possibilis passiue patet q eoꝝ est tantum distinctio ex natura rei licet non realis.

Secūdu3 predcā pōt intelligi illa distinctio potētiaꝝ Aug⁹. prio d trinitate inter mēoria3 intellectia3 ꝛ voluntatē. Intellectus eni possibilis dr mēoria inqtu3 est receptiu⁹ spēꝝ. s3 quo ad aliū actū3 mēorie qui est gignere noticiā actualē q si sit pfecta ꝛ distincta dr vnu3.

quo ad huiusmodi ergo actū si in tellectus possibilis se habeat actie dr̄ ⁊ mēoria. ⁊ silr intellcūs agens se hēat actie respcū h⁹ noticie vel ambo ꝭm varias opiniōes. Si āt possibil dr̄ intelligentia q2 solus recipit actū intelligēdi.

Notādū etiā ꝙ vt dicit idem doctor vbi supra. In volūtate ei requirit volūtas agēs sic intelligē do ꝙ sit ꝑparās obiectū suū vt sit actu intelligibile quādo obiectū ē actu intellectū est actu volibile.

Consequēter ostēdit Phus in tellectū agentē esse sepatū ab orga no sicut ⁊ possibilē cum sit nobili or eo vt dictū est.

Ponit quoqꝫ vlterius Phus duplicē opatōeꝫ intellect⁹. Pria est qua intellcūs intelligit indiuisi bilia siue incōplexa. ⁊ alia ē qua illa cōponit ⁊ diuidit. In pria āt opatōe dicit ꝙ nō est vitas nec fal sitas quātuꝫ. s. ad illud qđ intelli gitur. Licet autē ipsuꝫ incōplexū non sit veruꝫ nec falsuꝫ tamē intel lectus intelligēdo ipsuꝫ verū est in quātuꝫ adequat rei intellecte. In secūda āt opatōe est vitas vel fal sitas. Cōpositō enīꝫ est vera si ea que cōponit intellcūs sint in re cō posita. vt illa cōpositio homo est albus est uera si albedo inhereat hōi a pte rei. si autē non est falsa. quia aut verū aut falsuꝫ consistit in cōpositōne que habet fieri ꝑ in tellectuꝫ. ideo dicit in septimo me taphisice ꝙ veruꝫ ⁊ falsuꝫ non est in rebus sed in mente. Dicit āt Aristo. ꝙ indiuisibile dicit tripli citer sicut ⁊ vnū cuius ratio ex in diuisiōe est. dicit enī vnū quod ē in se indiuisuꝫ. Et hoc tripliciter. Primo mō dicit vnū seu indiuisi bile cōtinuatie vt linea. ⁊ tle vnuꝫ ut dicit ipse pōt intelligi in instāti si intelligat vt in se indiuisuꝫ. Potest tamē cōtinuari considera tio ꝑ aliquod temp⁹ si intelligat vt diuisibile in ptes cuꝫ intelligat pars post ptem intelligit in tēpore Secūdo modo indiuisibile dicit ꝭm specieꝫ vt homo vel exercitus vel domus. ⁊ tale potest etiam in telligi in instanti. Si tamē cōside rant ptes ut ab inuicem diuise vt caro os ⁊c. tunc intelligit in tempe Tercō mō vnū vel indiuisibile di cit quod est penit⁹ indiuisibile vt punctus. ⁊ tale vt dicit Aristo. in telligitur ꝑ priuatiōꝫ cōtinui ⁊ di uisibilis. Cui⁹ ratio est q2 cū intel lectus accipiat cognitōeꝫ a sensibi libus illa prius cadūt in apꝑhen siōe nr̄i intellect⁹ q̄ sunt sensibilia. huiusmodi autē sunt magnitudiēꝫ hñtia. vñ pūct⁹ ⁊ vnitas non diffi niūt nisi negatie. Silr intellcūs nr̄

cognoscit vnū oppo^m p spēz alti^s oppositi vt nigrū p albū ⁊ maluz p bonū. Cui^s rō est. q2 sp alterū cō trarioꝝ ē imꝑfectū ⁊ sic quodam mō vnū ē ꝑuatio alteri^s. priuatio āt cognoscit p habitū igitur ⁊c.

Deinde compat Aristo. sensuz ad intellectū dicēs q fantasmata se hūt ad intellectū sicut sensibilia ad sensuz. ita q sic sēsibilia monēt mediū ei impmēdo spēz suā ⁊ illō imutatū imutat sensuz vt aer imu tatus a visibilib^s imutat sensum visus sic fantasmata intellectum.

Dicit etiā q neutrū hoꝝ moue tur ab obiecto motu ꝑprie dicto cuz nec sensus nec intellcūs patia tur passione ꝑprie dicta vt decla ratū est pri^s caplo prio h^s tercij.

Ex his concludit Phus q sic sensus non pōt sentire sine sensibi li sic nec intellcūs intelligere sine fantasmate. Hec autez ratio ē vt dic Scot^s dis. tercia ꝑmi sniaꝝ. nō qn in intellcū sit spēs intelligibi lis alia a specie q̄ est in fantasia. sed ꝑpter cōnexionē h^smōi potē tiarū ad inuicē que pro statu isto ita sunt cōnexe q quotiēscunq3 in telligim^s vl'e fantasiamur singula re. Unde dicit cōsequēter phi losophus q sine sensu non potest homo aliquid discere quasi d no uo acquirēs scientiā. neq3 intellige re quasi vtens sciētia habita. sed oportet cū aliqd speculat actu q formet sibi aliquod fantasma. hic est q leso organo fantasie impedi tur intellectus a sua opatōe.

Compat etiā Aristo. sensuz ad intellectuz. q2 sicut post appēhēsio nez sensus sequit delectatio si ob iectuz sit cōueniens. vel tristicia si sit discōueniēs. ⁊ deinde desideri uz seu appetitus aut fuga. sic intl lcūs post apphensionē obiectū ip sum ꝓsequitur vel fugit. Dicit autē q quāuis appetere vel fuge re ⁊ sitr sentire sint diuersi actus. tamē non differūt subiecto cuz sit idez organū sensus ⁊ appetitus. differūt tamē ratione formali cuz habeāt distinctas ratōnes forma les ex natura rei.

Ex premissis cōcludit Philo sophus q intellectiua aia est quo dāmodo oia inquātum. s. h3 spēs oīm. est. n. p sensum sensitiua. ⁊ p intellectū intellectiua. Non ē āt vt dicit omnia eo modo quo posuit Empedocles q erat terra inquan tuz cognoscebat terraz ⁊ lapis in quātuz cognoscebat lapidē. lapis eniz non est in anima sed spēs seu similitudo lapidis.

De potentia motiua.

q Quoniam autez aīa ꝛc. Postquā Phus tractauit de pte aīe intellectiua nūc determinat de pte motiua. Et p̄rio distinguit duplicē esse appetitū. s. sensitiuū ꝛ intellectiuū siue voluntatez Appetitiuū āt distinguit in duas vires. s. in vim irascibilez ꝛ concupiscibilez. Circa quod notādū sm cōez opiniōez ꝙ in vi concupiscibili ponūtur sex passiōes. scilicz amor odiuz desideriū ꝛ fuga gaudiuz ꝛ tristicia. Obiectū eniz concupiscibilis ponit̄ bonū vel malū delectabile vl̄ tristabile. vñ amor ꝛ odiū respiciūt ipsuz bonum vel maluz in cōmuni siue sit absens siue presens. cōcupiscibilis respicit id quod natuz est esse conueniens ex se ut cibus ꝛ huiusmōi. vel discōueniēs vt carentia cibi. ita ꝙ nullo modo alio posito circa ipsū sola facta apprehensiōe natus est se qui actus delectandi uel tristandi fugiēdi uel psequēdi inquātuz est ex parte eius. talia autē non respicit irascibilis pro obiectis. Actus enī irascibilis est irasci. Irasci āt sm Phm secūdo etiaz topice sue est appetere vindicare. obiectum igitur eius est vindicabile. vel vt usitate loquar. offendēs dicit̄ qd̄ nō statim est discōueniēs concupiscibili sed quod impedit illud qd̄ est primo cōueniēs. puta si cibus est primo cōueniens appetitui gustatiuo aīalis. ꝛ ideo primo cōcupiscitur ꝓhibens cibum vel r̄mouens offendit aīal cōcupiscēs. hoc offendens est obiectum irascibilis circa quod irascibilis habet quod daz nolle nō proprie refugiētis sic̄ cōcupiscibil̄ refugit nolitū sed magis repellentis. Et si dicas cuius est velle vnum oppositū ipsius est nolle alteruz. cōcupiscētis est velle vnuz oppositū. ergo ipsi⁹ est nolle alterū.

Respondeo ꝛ dico ꝙ quando irascibilis habet suā nolitionē sequit̄ in cōcupiscibili tristicia qua s. refugit nolitū. Est etiā ibi aliud nolituz. s. illud quod aufert cibūz ꝛ illud est nolitū irascibili nō actu refugiēdi sed propellendi. Et duz actu nō repellit̄ est tristicia ipsius irascibilis. Isti autez dolores irascibilis ꝛ concupiscibilis non sunt idem. Dolor enī cōcupiscibilis fit cū alia imutatōe organi in pte sensitiua q̄ irascibilis. cōcupiscibilis autē cū restrictiōe sicut delectatio opposita est cū delcātōe. dolor āt irascibilis cū calefactōe que est ac

censio sanguis circa cor. Et ex hoc sequit quod in parte sensitiua irascibile et concupiscibile hnt dersa organa.

In ronali aut parte pnt hre tales distinctos obiectorum irascibil et concupiscibilis sic in sensitiua parte. non est tamen tanta distinctio illorum in voluntate quanta in appetitu sensitiuo. quia voluntas non est potentia organica. sed sic ratio distinguit in portoes superiores et inferiores per comparatoes ad diuersa obiecta. et tamen simplr est eadem potentia. sic eadem potentia est opatiua circa primo et secundo delcabilia et tristabilia. ita quod non est ibi distictio nisi ex parte obictorum in que tendit ipsa potentia. hec Scotus.

Ad euidentiam et pdictorum notandum quod idem dis. xxiiii. secundi snia rum dicit quod portio supior includit tres potentias anie et silr inferior. s memoriam intelligentiam et voluntatem que portos distinguuntur per officia Per portoes enim supiorem cognoscitur et diligit deus per inferiores vo proximus. et sic portio superior est respectu eternorum. inferior respectu temporalium.

Deinde ostendit Aristo. quid sit moueri animal secundum locum motu progressiuo. Et quod hoc non sit potentia vegetatiua probatur. quia semper motus progressiuus secundum locum est propter aliquod imaginatum et desideratum. Non enim animal mouetur nisi appetens vel fugiens aliquid nisi forte per violentiam sed fantasia et appetitus non competunt parti vegetatiue. ergo pars vegetatiua non est principium motus localis progressiui.

Hoc idem probat Philosophus de sensu. quia sensus est in omnibus animalibus. Et tamen sunt multa animalia que non mouentur hoc motu sed semper manent in eodem loco.

Et quia posset aliquis dicere quod hoc non est propter hoc quod deficiat eis principium motiuum. sed quia eis desunt istrumenta apta ad motum. Ideo ad remouendum hoc subiungit quod natura nihil facit frustra nec deficit in necessariis nisi in aialibus orbatis vt sunt quedam monstra que accidunt preter intentionem nature ex corruptioe alicuius principii in semine. Sed aialia immobilia sunt perfecta in sua specie et non orbata. ergo in huiusmodi aialibus natura nihil facit frustra nec deficit in necciis. vnde seqt si habent principium motus quod heant ptes organicas dispositas ad motum progressiuum. alias pncipium motus esset in eis supfluum et necessaria ad executoes potentie motiue sibi deficeret.

Ponit ergo Aristot. duo principia mouētia. s. appetitū ꝛ intellectū. sub intellectu autē cōprehendit fantasiā. quod pꝫ qꝛ alia aīalia ab hoīe mouētur que tamē carent intellectu. Mouet autem vt dicit intellcūs non speculatiuꝰ sꝫ practicus qui differt a speculatiō fine ꝙ videlꝫ intellectus speculatiuus rōcinatur ꝑpter scire. practicus vero ꝑpter opari. practicum enī dicit a praxi. praxis autē grece idē est quod opatio latie. mouet autē fantasia siue intellectꝰ in quātū repsentat obiectū appetibile qd est principiū intellcūs practici. nā illud quod est primo appetibile est finis ī quo cōsideratō intellcūs practici incipit. Cum enī volumꝰ aliqd deliberare ꝑ agendū prio supponimꝰ finē. deinde ꝓcedimus ꝑ ordinē ad inquirēda illa que agenda sunt ꝑpter finē. Et hoc est quod subdit ꝙ vltimū in cōsideratiōe intellcūs pteriti est pricipiū actōis idest est illud vnd debemꝰ incipe actōes.

Reducit autē Phus illa duo motiua. s. intellectū ꝛ appetitū ad vnū. s. ad ipsū appetibile qd est mouēs nō motū. Appetitus aūt est mouēs motū ab obiēo appetibili. Manifestū est enī ꝙ etiā motiua nō mouēt nisi inquātū pticipant primū. s. ipsū appetibile.

Circa quod notandū ꝙ potentia motiua quedā ē impans quedā impata. impans est ipa volūtas. impata ē potētia motiua sita in neruis ꝛ organis que mouēt ipsa mēbra ꝛ organa vt potētia motiua in motu ꝛ sic de alijs.

Consequenter excludit Phus quandā obiectōē que posset fieri s. ꝙ appetitꝰ sensitiuus nō mouet qꝛ cōtinēs non sequit huiusmodi appetitū. que ratio propter hoc soluit quia in homie sunt cōtrarij appetitus quoꝝ vnū cōtinētes sequūtur. s. intellectiuū. alteri autē repugnāt. s. sensitiuo. intellectꝰ enī aliquādo iubet retrahere a cōcupiscibili ꝑpter consideratiōem futuri.

Distinguit vlterius Phus duplicē ratōē. s. vniuersalē ꝛ pticularem. vniuersal est vt oportet filiū honorare parentē. pticularis vero ut ego filius talē honorē patri debeo exhibere. vniuersal autem non mouet nisi ut causa prima ꝛ quiescens. particularis vero mouet vt causa proxia ꝛ quodāmodo motui applicata. Nam opatōes ꝛ motus in pticularibus sunt. vnde oportet ad hoc vt motus sequat ꝙ opatio vniuersalis ad singularia applicet. Et ꝑpter

hoc etiā peccatū in actiōibus acci dit qñ opio vel ratio in pticulari opabili corrūpit̃ pp delcatōez vel aliq̄ȝ aliā passiōȝ q̄ tñ passiōs opi niōȝ vniuersaleȝ corrūpunt.

Deinde ostēdit Phus q̄ tact9 est necessarius omni animali quo pcipiāt res tangibiles vel elemen tares. Gustus etiaȝ est necessari9. ⁊ inest omni animali inquātuȝ est quidaȝ tactus. est eni alimēti tan gibilis. Est tamen de bene esse in quātū est discretiuus saporis qui faciūt alimētuȝ delectabile vel tri stabile. Alij etiā sensus sunt de be ne esse. ideo insunt solū aīalibus que mouent̃ ꝑm locuȝ.

Circa ꝑmissa notāduȝ q̄ intel lectus ⁊ ratio nō sunt distincte po tentie. ſȝ intellectus dr̃ inq̄tū ratō cinat̃ cōferendo ab vno in aliud.

Notandū etiam q̄ aīa intelle ctiua ꝑm essentiā suā est tota in to to. ⁊ tota in qualibet parte. vt dif fuse tractat sanct9 Bonauentura secundo sentētiarum. sed nō deter minat sibi aliquā parteȝ corporis quo ad operatōnes sibi proprias ſ. intelligere ⁊ velle. cum intellcūs ⁊ voluntas non sint potentie orga nice. secus est de operatōibus po tentiaruȝ sensitiuarū vt videre au dire ⁊c.

Explicit secunda pars principa lis huius compendij de considera tione naturaliuȝ.

Impressuȝ Bononie p magistruȝ Henricū de Haerlem Anno do mini. Mccccl xxxv.



Registrum

a
Petrus alma
Incipit comp
aliarũ vt sicut
numerus perfe
b
potest illud po
subiectiua for
ale naturalis
mus apti nati
c
m ateria est pr
diffinitiõe qui
autem sunt al
malis ⁊ ex na
d
materia est a
aliter cum crea
primo huius
posset esse prin
e
cause eiusdem
q̷ ens vel fm
latiuorm vbi
tunam. fortuna
f
determinandũ
posito. quia ex
necessaria con
vt potentia pa
g
posteriorꝝ dup

Scotus dis. se
vel condensab
quia corpus p
h
intentio philo
quia sicut mu
signũ dicens q̷
sed diuidit ips
i
localem primo
Incipit expos
tum diuidi fm
Et hoc ideo qr
k
aliquotiens su
quia graue nõ
quocũq; gener
ciũ finitum non
l
sperium ⁊ hab
continet totum
fieri aliquo ad
plum huius ptm
m
sunt principium
ad inuicẽ solum
enim fm locum
De sensitiua p
n
vis vocatur a
nũt fantasiam
determinauit
Ad quod resp
.FINIS.